CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

ZOSIMUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

ZOSIMUS.

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

IMMANUELIS BEKKERI
PRAEFATIO.

Eunapii reliquias primo huius operis volumine compositas iam pro suo iure excipit, qui Eunapium exscripsisse traditur, Zosimus: hunc enim rerum a Constantino Iuliano Theodosio gestarum scriptorem in primis luculentum cur a corpore historiae Byzantinae excluserint Labbeus et Labbeo obnoxii Veneti satis intelligimus, nos cur excludamus nihil habemus causae. absterrebat quidem librorum manuscriptorum deformitas pravitasque, Parisiensium certe, quorum specimen habemus ab amicissimo Hasio, Coisliniani **150**, Regiorum **1725** et **1817**. sed desperato tali auxilio ut tamen aliquid effecisse videamur factum est incredibili Reitemeieri inconstantia, qui ut res a Zosimo traditas docte et accurate illustravit, ita verba eius multis locis temere nec monito lectore corrupit *). itaque eiusmodi

*) Fidem facient exempla. itaque p. 9 v. 11 Sylburgiana habet *Ἀθηναῖοι*, Reitemeierana *οἱ Ἀθηναῖοι*. 13 1 *S* *Χαιρέου*, *R* *Χαιρέα*. 14 4 *S* *τε*, *R* *δὲ*. 14 16 *S* *ἀνεδείκνυτο*, *R* *ἐδείκνυτο*. 16 15 *S* *ἐπονειδίστως*, *R* *ὀνειδίστως*. 18 22 *S* *δὲ καὶ*, *R* *δὲ*. 19 4 *S* *τὸν ὁμώνυμον*, *R* *ὁμώνυμον*. 19 14 *S* *ἀπαγγελθέντων*, *R* *ἐπαγγελθέντων*. 21 1 *S* *ἤδη δὲ*, *R* *ἤδη*. 21 8 *S* *Παρθυαίοις*, *R* *τοῖς Παρθυαίοις*. 21 14 *S* *ὑπάρχον*, *R* *τοῦ ὑπάρχον*. 28 12 *S* *ὑπὲρ*, *R* *περὶ*. 32 4 *S* *λοιπὸν ἀνιόντας*, *R* *ἀνιόντας*. 33 12 *S* *πολλῷ*, *R* *πολλῷ τε*. 34 1 *S* *δὲ*, *R* *τε*. 35 21 *S* *ἀπὸ*, *R* *ὑπὸ*. 36 11 *S* *ἀποστήσεσθαι*, *R* *ἀποστήσασθαι*.

decessoris mei errores comparata editione Sylburgiana correxi, notas criticas quas non probarem sustuli, commentarium historicum insertis Heynii annotationibus usui accommodavi.

Scrib. Berolini idibus April. a. 1836.

---

36 19 *S* πράγμασιν οὖσιν, *R* οὖσιν. 37 6 *S* δὲ, *R* καὶ. 41 1 *S* Αἰγύπτιοι, *R* Αἰγύπτιοί τε. 42 16 *S* κἀκεῖθεν ἤλαυνεν, *R* κἀκεῖθεν. 43 3 *S* δὲ, *R* καὶ. 43 6 *S* καταλιπὼν, *R* ἐπιλιπὼν. 43 14 *S* ἔννοιαν, *R* εὔνοιαν. 43 19 *S* ἐθελήσαντας, *R* ἐθελήσαντες. 44 10 *S* ἐς, *R* εἰς. 45 19 *S* συνασπισαμένοις, *R* συνασπισμένοις. 51 16 *S* τῆς θεοῦ, *R* θεοῦ. 54 9 *S* τολμηροτάτους, *R* τοὺς τολμηροτάτους. 55 19 *S* τε, *R* δὲ. 56 14 *S* τῆς βασιλείας, *R* βασιλείας. 59 7 *S* μετὰ, *R* κατὰ. 59 13 *S* στρατιωτῶν, *R* τῶν στρατιωτῶν. 61 22 *S* τῷ, *R* τῶν. 65 10 *S* δὲ ὁ, *R* ὁ. 66 19 *S* ἀνενεώσατο, *R* ἀνεώσατο. 67 2 *S* Ἀτηΐου, *R* Αὐτηΐου. 67 4 *S* τᾷ Σιβύλλης, *R* τῆς Σιβύλλης. 76 4 *S* βουλευομένῳ, *R* βουλομένῳ. 77 1 *S* ἐκθυσαμένων, *R* ἐνθυσαμένων. 77 19 *S* τῶν στρατιωτῶν, *R* στρατιωτῶν. 80 1 *S* συναντᾶν πως ἀλλήλοις περόναις σιδηραῖς ἀνασπωμέναις, *R* συναντᾶν σιδηραῖς ἀνασπωμέναις πως ἀλλήλοις περόναις. 80 18 *S* ὁ Κωνσταντῖνος, *R* Κωνσταντῖνος. 81 1 *S* ἐκ τῆς, *R* ἐξ. 81 21 *S* Κωνσταντῖνος, *R* ὁ Κωνσταντῖνος. 83 3 *S* δὴ, *R* δὲ. 84 19 *S* δὲ καὶ, *R* καὶ. 90 13 *S* τὸν Ἐλαιοῦντα, *R* τὴν Ἐλαιοῦντα. 90 18 *S* ἄλλας μηχανὰς, *R* μηχανὰς. 99 16 *S* τε, *R* δὲ. 101 5 *S* δέδωκε, *R* διέδωκε. 103 14 *S* ταχέως ἐπιβήσεται, *R* ταχέως. 105 14 *S* μὲν ὁ, *R* ὁ. 106 15 *S* οὐκ ἂν, *R* οὐκ. 106 20 *S* τἀδελφῷ, *R* ἀδελφῷ. 110 19 *S* ἔχων ἔτι, *R* ἔχων. 125 20 *S* τε, *R* δὲ. 127 21 *S* ἀπογράφεσθαι, *R* ὑπογράφεσθαι. 128 22 *S* τε, *R* δὲ. 135 4 *S* δὲ καὶ, *R* καὶ. 146 22 *S* ἐνταῦθα, *R* ἐνταῦθα δὲ. 149 19 *S* ἀπεργασάμενος, *R* ἐπεργασάμενος. 154 17 *S* δὲ, *R* τε. 156 13 *S* ἦν δὲ, *R* ἦν γὰρ. 163 9 *S* πολλοὺς, *R* πολλοὺς μὲν. 173 17 *S* ἐκ μὲν, *R* μὲν ἐκ. 173 18 *S* πόλις δὲ, *R* πόλις τε. 176 13 *S* τοῦ τοιοῦδε, *R* τοιοῦδε. 185 22 *S* δὲ, *R* τε. 190 11 *S* τε, *R* δὲ. 190 16 *S* ἀπαγγελθὲν, *R* ἐπαγγελθὲν. 192 20 *S* τε, *R* δὲ, 194 16 *S* ἐπὶ, *R* εἰς. 195 2 ἐκστάντας, *R* ἐκστάντες. 199 16 *S* ἐκ περιδρομῆς, *R* ἐκ ἐπιδρομῆς. 215 18 *S* μὲν ἀπὸ, *R* ἀπὸ. 226 16 *S* διαχρήσηται, *R* διαχρήσεται. 231 4 *S* περιπεσεῖται, *R* ἐπιπεσεῖται. 236 17 *S* τοῖς τοσούτοις, *R* τοσούτοις. 237 7 *S* τε, *R* δὲ. 241 15 *S* τοῦ πότου, *R* πότου. 243 1 *S* τε, *R* δὲ. 245 18 *S* τοῦ θυηπολικοῦ, *R* θυηπολικοῦ. 256 2 *S* τε, *R* δὲ. 259 20 *S* τῇ Θράκῃ, *R* Θράκῃ. 272 9 *S* τε, *R* δὲ. 284 16 *S* Ὀλυμπιόδωρος, *R* ὁ Ὀλυμπιόδωρος. 287 10 *S* τοῦ Ῥωμαίων, *R* τῶν Ῥωμαίων. 290 17 *S* τῆς τοῦ, *R* τοῦ. 295 3 *S* ἀπεσκόπει, *R* ἀνεσκόπει. 296 6 *S* τρεῖς δὲ, *R* τρεῖς. 301 13 *S* πᾶσιν, *R* πᾶσαν. 308 9 *S* τε ὡς, *R* ὡς. 310 14 *S* καταλαβών, *R* λαβών. 319 5 *S* τοῦ λειπομένου, *R* λειπομένου. 325 19 *S* διαμαρτόντων, *R* διαμαρτανόντων. 326 16 *S* ταῖς Αἰμιλίας, *R* ταῖς Αἰμιλίαις.

IO. FRID. REITEMEIERI
PRAEFATIO.

In virtutibus et laudibus scriptorum qui rerum gestarum memo- p. III
riam literis consignant, cum princeps et prae ceteris maxime ne-
cessaria sit fides atque ab omni et studio et odio alienatus ani-
mus, sine quo rerum quas scripserint vix nobis ullus esse potest
usus, etiam iis qui in vetustis scriptoribus expoliendis et ad stu-
diorum nostrorum commodum adornandis insudant curae esse
debebat quam maxime ut auctorum, quos opera sua ad publicam
utilitatem paratos et instructos velint, severo iudicio facto fidem
curate explorarent, et quae ab iis tradita sive vera sive falsa sint,
iudicio facto discernerent, aut si res minus ferret et in neutram
partem liquido pronuntiari posset, quantum quaeque res propior
vero vel falso sit, examinarent et diiudicarent. inprimis vero si
quis eiusmodi auctori addixerit suam operam qui fidei laboret
fama et existimatione, nisi suspicione ab eo remota aut ad mo-
dum iustum revocata fidei eius atque auctoritati honos suus vin-
dicatus fuerit, cum scriptori laudis tum editori suorum in eum
meritorum quantorumcunque fama periclitandum erit. id inpri-
mis in Zosimo esse periculi, in cuius nova editione paranda no-
stra opera versatur, neminem fugere potest, cum tralaticium sit
quantopere eius a primis inde temporibus ad nostram memoriam
existimatio laboraverit, adeo ut calumniatoris Christianorum po-
tius quam historici fide digni et idonei nomine venire soleat.
habet ille tamen virtutes atque utilitates, pro aetatis qua vixit p. IV
ratione et literis, haud vulgares. nam res exponit labantis im-
perii Romani, quod non minus calamitatibus et excidio quam
magnitudine et incrementis suis clarum est ac memorabile; com-

memorat inprimis diligenter ea quae a Constantino novata et instituta sunt, rem militarem, magistratuum descriptionem, sacrorum ritus, tanquam primordia rerum inclinatarum; et mutata a Theodosio cum alia, tum regni inter filios partitionem factam, ut proximam ruentis rei publicae causam, ante oculos ponit. quarum rerum etsi nec unus neque satis disertus sit Zosimus auctor, multae tamen ad historiam saeculi quarti et quinti ineuntis pertinentes eaeque maximi momenti res in eo continentur, quae aut diversa et discrepante ratione ab aliis expositae sunt, aut ab aliis omissae adeoque uni auctori Zosimo debitae. commendatur praeterea ipsius historia non modo rerum traditarum ubertate et utilitate, verum etiam ab auctoris consilio causas rei publicae eversae aperiendi; nec spernenda orationis concinnitas, cuius laudem abesse a virtutibus scriptorum aequalium Zosimi deprehendimus. quibus ornamentis cum historia Zosimi se commendet, laudem suam haud servavit integram et illibatam, quoniam incidit in aetatem religionum studiis odiisque agitatam. iudices enim eius et veteres et recentiores cum plerumque in eum ut aversatum sacra Christianorum infensis essent animis, factum inde est ut apud eos hominis sicut religioni ipsorum, ita veritati infesti et inimici iudicium notamque subiret. quam quidem sententiam a ratione non minus quam ab aequitate abhorrentem ut condonamus iis aetatibus, in quibus religionum studia et odia in res literasque ab iis alienissimas inferebant homines, ita dedecori fore arbitramur nostris seculis, quae ad rerum naturas et argu-
p. v menta, non ad hominum professiones et opiniones respicere iubent. reddetur igitur Zosimo laus sua et auctoritas, dummodo accedant ad eius historiam lectores qui odii in eum et praeiudicatae opinionis expertes, habita rerum, non religionis ratione, de virtutibus ac fide eius iustum et aequum ferre iudicium velint. fuere iam ante me qui cognita historiae Zosimeae praestantia ab iniuriis auctorem vindicare et calumniae maculam ab ea abstergere conarentur, mitiusque et clementius de eius fide iudicium in medium proferrent: verum opera eorum nec satis inter omnes vulgata fuisse nec auctoritatis satis ad hominum animos habuisse videtur, ut adeo, si ab opprobriis indignis eum satis quidam putent defensum et vindicatum, alii obstinatis aversisque animis in pristina opinione persistant et de eius fide secus sentire pergant.

existimationi igitur huius scriptoris si quis consultum et in nova historiae eius editione paranda operam suam utiliter navatam velit, non officio suo satisfecisse videri debet, dummodo verborum et sententiarum aut emendatione, sicubi labes eis illata sit, aut interpretatione, si quid eis insideat obscuritatis et difficultatis, scriptori subvenerit: sed ad fidem explorandam stabiliendamque cura potissimum versa esse debebit, ut, quid tandem ei sit auctoritatis, tum universe tum singulis in partibus et locis anquiratur. hoc consilio hacque lege interpretis et critici et historici animo meo obversante, adiutus simul cohortatione et consilio *Heynii,* praeceptoris et fautoris nomine summa mihi semper pietate colendi, ad Zosimi historiam in melius redigendam ac poliendam me adiunxi, spe facta susceptam a me esse rem cum utilem tum specimini studii literarum humaniorum edendo satis aptam. priusquam vero instituti mei rationem ac consilium uberius explicare instituam, quantum superiorum interpretum studio ad usum fidemque Zosimi redundaverit utilitatis, ut exponam, non modo necessitas, ut, quid nobis post eorum curam sit reli- p. VI
ctum, intelligatur, sed etiam, ne quid laudibus eorum silentio nostro detractum videatur, ipsa postulat modestia. *)

Postquam historia Zosimi satis diu tenebris condita latuerat, saltem paucorum tantum manibus trita erat, sub exitum saeculi decimi sexti opera Leunclavii primum in lucem protracta et publici iuris facta est, **) et quidem in linguam Latinam versa, per quam temporibus illis literarum Graecarum opes cum nostris hominibus primum communicatas constat. non plane inauditum Zosimi et nomen et historiam in Italia antea fuisse, indicio erunt loca quaedam exinde deprompta et per Politianum ***) Panvinium et Petrum Gyllium versa. ****) integram tamen eius scriptoris versionem nec quisquam ante Leunclavium prelo sub-

*) Conf. Fabricius Bibl. Gr. t. 3 p. 605.

**) Edita versio est Basileae sine anno (1576) fol. cum Procopio, Agathia, Iornande et Leonardo Aretino, ex officina Petri Pernae. auctor bibliothecae Ios. Renati Cardinalis p. 536, deceptus fortasse anno 1537, quem epistolae Beati Rhenani subscriptum vidit in editione Procopii, Agathiae, Leonardi Aretini, Iornandis et aliorum Basileae ex officina I. Hervagii emissa, Zosimi versionem Latinam anni facit 1531, quanquam Zosimi in ea collectione scriptorum nec ullum exstat vestigium.

***) Vid. Comm. Hist. 2 4.

****) 2 37. vid. Banduri Antiqq. Cpol. lib. 4 p. 323.

misit. editioni Latinae illi, praeter notas sententiarum summam continentes et emendationes, utrasque ad oram libri appositas, nulla accesserunt ornamenta. in fronte posita est editoris pro Zosimo apologia, ut scutum praetentum adversus Nicephori et Evagrii futiles quidem, graves tamen illa aetate et Zosimi fidei infestas criminationes. alia, quamvis non totius historiae, versio, passim discrepans, exstat in Historia Augusta, quae circa annum 1600 lucem vidit.

p. vII Quae Latine studio Leunclavii prodierat historia, ea interpositis quinque annis (1581, et 1611 repetita) opera HStephani cum Herodiano Graece exiit, versione Leuncláviana et nonnullis, quamvis perpaucis, castigationibus et notulis instructa. utraque editio, dispar forma et ordine, in reliquis sibi similis, Lugduni lucem vidit: continet autem libros modo duos priores, id quod mirum videri debet, si verum est quod vulgatum est, a Leunclavio Stephanum codicem Graecum acceptum habuisse, quamvis praeter versionem Latinam nihil eius nomini ac humanitati tribuerit. ut iis qui nos legunt iudicii copia fiat, epistolam Leunclavii, quam in accusationis fidem exhibent, ex Goldasti Epistolis Philologicis (ep. 72 p. 305) huc transferre placet.

Io. Leunclavius HStephano S. (Genevam)

— — — *hunc* (Zosimum) *ego tibi manu mea descriptum diligenterque collatum et emendatum mitto, ut historiam Romanam annorum* 1200 *ab urbis origine ad excidium usque continuatam habere possimus, suppeditaturus etiam conversionem bonam et luculentam, quae dudum parata apud me est. rarum hoc crede mihi opus est, quod aliunde non facile consequare. deest parum in fine primi libri, parum in principio secundi, parum in medio quinti, parum denique in fine sexti. quae omnia exspecto ex Italia, cuiusdam amici opera, qui admodum secreto custodiri quoddam istic exemplar mihi nuntiavit, cuius ipse copiam sit habiturus. audio te Photii bibliothecam habere, de qua vellem exscriptum de Zosimo titulum mitteres. nam mea, quae in fronte posita vides, alicubi corrupta sunt.*

His literis si fides habenda sit, illiberalis sane et parum honesti animi reus erit Stephanus, quod celavit cui debebat codicem Graecum: tamen haec invidia variis poterit rationibus ab eo amoveri. discrepant lectionibus Stephani editio et codex Leun-

clavianus, quem novo postea studio Sylburgius contulit; quod p. VIII
quomodo fieri potuisset, si profectus ex eodem fonte liber uterque erat? cur Stephanus, de lectionibus, quas indigere emendatione existimaret, ad marginem annotandis sollicitus, idem adeo temere in contextu constituendo versatus est, ut ne monito quidem lectore loca, in quibus nunc codicis discrepantia notata est, sollicitaret et verba nova iis inferret? cur tandem Leunclavius aut Sylburgius, querelae opportunitate in secunda versionis editione data, de Stephani aut mala fide aut illiberalitate ne verbum quidem dixere, neque rem, quam aegre ferre debebant, saltem obscure significarunt? his argumentis etsi neque opinioni vulgatae firmamentum omne detractum neque Stephanum a criminatione omnino liberatum intelligamus, aliquam tamen ea videntur habere vim ad iudicium nostrum inhibendum.

Novem annis posteaquam Stephanus de Zosimo Graece vulgando bene meruerat, nova eius integri et absoluti ex duobus codicibus Leunclaviano et Palatino parata est a Sylburgio editio (in tomo 3 Corporis Scriptorum Historiae Romanae 1690), quae praeterquam quod libros posteriores primum exhibet et Leunclavii tum apologiam tum versionem emendatiorem repetit, his etiam prae superioribus editionibus eminebat ornamentis, quod contextum habebat subsidiis duorum codicum et ingenio critici hominis constitutum, et notas critici plurimum generis partim ad calcem positas partim per indices dispersas. in his notis variae lectiones diligenter e codicibus enotatae, et Leunclavii ac Stephani animadversiones Sylburgii notis auctae reperiuntur.

Exceperunt Sylburgianam editionem, quae et prima et una adhuc est ad rationes criticas comparata, duae aliae, Cellariana scilicet et Oxoniensis, quae, cum editoribus nullum fuerit a codicibus auxilium, vestigia Sylburgiana premunt et a re critica p. IX
minus quam ab usu commodiore, quem legentibus forma libri minor et aptior affert, commendationem habent. *Christophori Cellarii* bis vulgata editio (Cizae 1679 et 1713, 8) non modo capitum et paragraphorum distinctione et indiculis historico ac graecitatis Zosimeae ad usum potior est, sed praestat etiam notis editoris et variorum, ad historiam maxime illustrandam compositis. ceterum plurima e Sylburgiano penu sumpta, in libris quidem duobus prioribus breviter exscripta, in reliquis integra

dedit, et quasdam e Sylburgianis coniecturis, vulgata lectione depulsa, in contextum, etiam tacite passim, recepit.

Commodorum istorum in Cellariana opera insignium maxime expers est editio Oxoniensis (cura *Th. Smithii*). operis per partes distributio et paragraphorum ac capitum notatio, quamvis facilis negotii res, ab eo tamen omissa est, et notae Stephanianae ac Sylburgianae, quas repetiit, oscitanter et male sunt excerptae. ubi vero de suo quicquam dedit, ad fidem Zosimi stabiliendam avertendamque ab eo suspicionem malam, id quod sibi editionem parandi fuisse propositum dicit, suam operam et institutum parum studiose adhibuit. de verbis contextus nihil mutatum, in notis tamen quaedam loca sollicitantur. in libris duobus prioribus non Sylburgianum, sed, quod usu et comparatione facta deprehendimus, Stephanianum textum repetiit.

Perlustrata eorum quibus in Zosimo perpoliendo et illustrando studium aliquod positum fuit, Leunclavii Stephani Sylburgii Cellarii et Smithii opera, singulis quidem esse sua qualiacunque merita in historicum nostrum intelligitur, verum abesse ab iis cum alia tum potissimum rerum, quae a Zosimo exponuntur, subtilem ac diligentem explorationem et illustratio-
p. x nem; quam nec ab Franco-gallico eius interprete *L. Cousin* (qui solus Zosimum recentiori idiomate interpretatus est, cum Xiphilino et Zonara, Parisiis 1678, 4, et Amstelodami 12, obscuris tamen locis, ut usu deprehendi, non versis) institutam esse animadvertimus. ad crisin in Zosimo exercendam, etsi obscuritate et difficultate aut raro laboret aut saltem criticam medicinam raro desideret, opus esse codicum subsidio videtur, quod ex Italiae membranis, credo, si quando eorum usus factus erit, haud sane inutile arcessi poterit. nam quicquid adhuc ad Zosimum e codicibus pervenit auxilii, illud ad Leunclavianum et Palatinum redit, quorum ille apud Fr. Pithoeum asservatus, ab Aemerio Thuano exscriptus et ab Io. Opsopoeo cum archetypo collatus fuit in gratiam Sylburgii. quodsi fides stat cum epistola Goldasti, quam supra dedimus, ex Italia iste codex in manus Leunclavii venit: ceterum in margine emendationes seu, quod similius veri videtur, variantes lectiones habuit, quia marginalis lectio non ubique melior est, sed saepe vitiosa et deterior. alte-

rum codicem, Palatinum, quem e Baptistae Egnatii bibliotheca profectum bibliotheca Heidelbergensis, antequam Romam deportata fuit, servabat, Sylburgius contulit: videtur ille laxioris curae et diligentiae librarium habuisse. uterque tamen, item codex bibliothecae Coislinianae, cum in eis sint eaedem lacunae, ex uno eodemque codice profecti putandi sunt. ceterorum vero codicum, quorum aliqua in vulgus constat notitia, indicem ex Montefalconio et aliis libris confectum hic subiicere non pigebit, ut et quantam succurrendi Zosimo critica ope spem alere liceat, et quibus in locis auxilium quaerendum sit, constet.

In *Italia* reperiuntur

1. *Codex bibliothecae Vaticanae.* vid. Montfaucon Bibl. Manuscr. t. 2 p. 8 C.
2. *Codex bibl. Laurentianae Mediceae.* Pluteus 70, codex 22, p. xi membran. libri 5 cum *scholiis* quibusdam ad marginem, (quae scholia fortasse eadem cum marginalibus lectionibus Leunclaviani codicis sunt, et si res ita sit, unde Leunclavius codicem suum, qui ex Italia erat, acceptum habuerit, indicio nobis esse poterunt). Montfaucon l. c. p. 378 D.
3. *Codex bibl. Venetae S. Marci* 13 γ. Herodianus et Bosmius (Zosimus) in pergameno. Montfaucon l. c. p. 472 A. Laurentius Theupolus (in bibl. S. Marci 1740 fol. p. 193) designat codicem 390 in 4, membranaceum, foliorum 158, saeculi circiter 15.

in *Gallia*

4. *Codex bibl. Coislinianae.* P. 1 p. 214. cod. 150, olim 368, bombycinus, 15 saeculi, habet folia 651: Dionysii Halicarnassei Roman. Antiq. libri 11 et Zosimi historia fol. 523. cum hic codex ex eodem exscriptus sit codice ex quo editiones, quemadmodum ex similitudine hiatuum colligi potest, emanarunt omnes, paucas modo, ut suspicari par est, exhibet lectionum varietates. conf. Montfaucon t. 1 p. 1057.
5. *Codex alter eiusdem bibliothecae.* Montfaucon t. 1 p. 1042 D.
6. *Codex bibliothecae Regiae Parisiensis* 2078: Nicephori Gregorae historiae Rom. pars prima; Zosimi histor. libri 5. Montfaucon t. 1 p. 728 C.
7. *Codex* 525 *bibliothecae Monasterii S. Remigii Remensis,* bombycinus, 16 saeculi, libri 5. Montfaucon t. 1 p. 1289 E.

8. *Codex* 526 *eiusdem bibl.* bombycinus, saeculi 16, libri 6. Montfaucon l. c.

p. XII in *Hispania*

9. *Zosimi Historiae novae libri* 6 cum Eunapii de Vitis Sophistarum. vid. Iriarte Catalog. mscr. Graec. bibl. Matritensis, 1769, fol. p. 277.

hi sunt codices qui, quod sciam, criticorum manibus nondum versati auxilii futuri spem incertam praebent. in *Mosquensi bibliotheca S. Synodi,* ubi compertum habebam conservari *Zosimi capita,* ut commodis editionis novae augendis haud deessem, *Stritterum,* clarissimum virum ac de Byzantinorum historia meritissimum, literis appellavi, ut doceret num quid inde utilitatis meo operi arcessi possit: verum humanissimis viri doctissimi literis intellexi esse illud opus, id quod vel nomen prae se ferre videbatur, non historici nostri, sed τὰ κεφάλαια cuiusdam ascetae. itaque ad contextum Zosimi constituendum, et quae ei insideant menda tollenda, quanquam destitutum me subsidiis membranarum cernebam, aliunde tamen animadverti posse aliquid afferri ad eam rem auxilii: formam enim orationis Zosimeae studio exploratam et cognitam, linguae ipsius analogiam ac leges et rerum ipsarum naturam vicariam quandam codicum praebere opem; inprimis vero lectione scriptorum a quibus Zosimus sua deprompsit, Dexippi Eunapii et Olympiodori aliorumque, qui vel ex eodem quo Zosimus fonte hauserunt, aut qui Zosimi ipsius auctoritatem secuti sunt eumque exscripserunt, veluti Sozomeni et Suidae, comparatione multa posse restitui. atque ab his adiumentis instructus, adiutusque virorum doctorum emendationibus et coniecturis passim obviis, ubi temeritatis abesset metus, in vitiosis locis emendationes, quas probatissimas intellexissem, sive essent alienae sive de nostris sumptae, admittere et contextui inferre, etsi bene memor cuius audaciae notam apud non-
p. XIII nullos subiturus essem, tamen decrevi. quando vero minus blandirentur coniecturae, quae libidini potius animi, quae temere grassatur in verba, quam rationis ac necessitatis imperio deberi viderentur, abstinendum ab iis ratus, lectores de iis quae uni alterive viro docto melius scribi visa sunt in notis brevissime monui et iudicii de iis ferendi copiam feci. ac ratio nostra emendandi versionem Latinam, quae Leunclavii secunda est, fere

eadem fuit, ita ut Latina, ubi in Graecis quicquam mutatum esset, ad eundem sensum corrigerentur.

Quam in notis criticis ordinandis secutus sum legem, ut ab evagationibus ad res aut alienas aut parum necessarias operam meam continerem, adstringeremque eam solummodo ad ea quae Zosimi sunt, eandem in iis quae de ipsius fide et rerum ab eo traditarum veritate disceptanda erant praescriptam mihi esse volui. historici autem argumenti animadversiones a criticis seorsim positae sunt, ne cumulanda notarum mole et onerando iis contextu taedium et difficultas pareretur lectoribus. versantur eae vel in argumenti summa vel in singulis historiae partibus; quarum notarum illud genus quod ad fidem maxime Zosimi spectat, in Disquisitione libro praemissa comprehensum, alterum in quo de singulis locis quaeritur, in Commentario historico propositum est. in utroque id inprimis operam dedimus, ut non modo diluceret quanta Zosimi sit ad fidem rerum ab eo scriptarum auctoritas, sed etiam quos et quales secutus sit auctores, quae propria ei sint, quae cum aliis communia, et quae ab eo omissa aut perperam tradita; cuius rei si quid a superioribus iam editoribus occupatum cerneremus, illud adsciscere et ad nostrum accommodare consilium non magis dubitavimus quam in admittendis animadversionibus *Io. Dan. Ritteri,* ad exempli quo usus erat oram adscriptis, et humanitate domini eius libri, *Io. Aug. Wagneri,* quem schola Merseburgensis conrectorem habet, me- p. XIV
cum communicatis. in critica quidem re istae animadversiones haud versantur, possunt tamen ad historiam illustrandam, praesertim in iis locis quae e Theodosiano codice lucem accipiunt, afferre utilitatem.

Et haec quidem studio meo editioni huic adiungere allaboravi, quibus si quid ad fidem Zosimi pernoscendam accuratius atque ad intelligentiam lucemque historiae maiorem redundaverit commodi, assecutum me esse putabo id quod in votis fuit, nec rem inutilem me peregisse arbitrabor.

Gottingae die 4 Septembris 1783.

C. G. HEYNII
IN NOVAM ZOSIMI EDITIONEM
ANNOTATIONUM PRAEFATIO.

p. 622 Cum redimendi operis huius condicio imposita esset a librario haec, ut ei tanquam corollarium aliquod operae meae accederet, standum mihi nunc promissis esse video; utque hoc cum fructu aliquo ad eos qui Zosimum lecturi sunt fieret, nihil accommodatius visum est quam ut animadversiones nonnullas in Zosimum subiicerem, quae inter legendum, missis ad me plagulis e prelo recentibus, subnatae sunt.

Zosimi edendi consilium nemo, puto, damnabit, qui inde a 70 annis nullam eius editionem factam meminerit; itaque exemplaria desiderari passim a viris doctis, et posse eorum esse usum aliquem etiam in scholis ad lectionis Graecae elementa: oratio enim est plana, simplex, nuda, raro exquisitiore aliqua elegantia sermonis condita; argumentum vero eiusmodi ut nec lectio nec interpretatio multas literas desideret, et vero partim superiorum temporum recensu strictim facto, partim rerum inde a Gordianis gestarum expositione iuveniles animos facile teneat. monebit forte aliquis paulo severior non bene ad seriores scriptores detrudi iuvenum ingenia: cui et ipse assentior, atque ita statuo ut ad classicos potius scriptores veteres ea retrahenda esse censeam, quia optimis quibusque exemplaribus fingenda et, cum bonarum rerum copiis, etiam elegantiae nitoris venustatis sensu imbuenda, ad iudicii autem subtilitatem ac veritatem acuenda sunt. videor tamen mihi haud raro observasse, cum alia ingenia in ipsis literarum elementis a difficilioribus suae operae initium facere mallent, alia desiderare facillima quaeque, in quibus noviciarum virium periculum elementarium facerent, ut nec in ar-

gumento nec in oratione esset quod ut assequi aut plane perspicere possent, alias aliunde paratas doctrinae copiolas requireret. ad hos igitur seu socordiores animos seu morosiores, qui ab ipso inde limine statim aperta omnia et perspecta habere volunt, nec quod alia ingenia, fungosa interdum et tumida, faciunt, leviter omnia pervolare, quae nec intelligunt; ad hos, inquam, animos usum aliquem habere potest scriptor nulla rerum nec verborum obscuritate notabilis, qui fiduciam aliquam virium iis faciat, cum p. 623 despondeant ad ea in quibus nihil expeditum sibi esse vident, nullum locum in quo vestigium tuto ponant.

Enimvero sunt alii quoque lectores, quibus nova Zosimi editione consultum esse voluit cl. editor. ut enim omnino cum ad iudicium animi acuendum tum ad locupletis doctrinae varietatem comparandam, qua non bene carere potest ingenium rerum actui idoneum, inprimis utile est non in uno scriptorum, etsi praestantissimorum, genere haerere, sed diversorum argumentorum aetatum generum genium et morem perspexisse factaque comparatione discrepantiam observasse, ita cum in ceteris disciplinis magnam utilitatem habet diversa ab iis quae edoctus sis sentientium placita tenere, tum vero in historiarum studio nemo satis feliciter versari potest qui aut vetera aut recentiora sola animo ac memoria complexus sit. circumscripta itaque et in angustum limitem contracta videas plerumque iudicia hominum utriusque generis. inprimis tamen salubre studium est eorum temporum et imperiorum, quae partim prava summae potestatis muniumque descriptione, partim morum disciplina luxurie primo corrupta mox perdita, ad interitum properarunt, si forte aliquid inde, quod ad nostra tempora utile sit, transferri possit, ut intelligatur cum religionibus et sacris purioribus, cum literis et doctrinis exquisitissimis, cum artibus commerciis navigationibus requiri tamen aliquid ad regnorum dignitatem et felicitatem in tempus diuturnum stabiliendam, disciplinam scilicet cum publicam tum privatam, qua corpora et animi indurentur, a luxurie autem ad frugalitatem et continentiam revocentur; nec imperium sustineri posse ullum nec libertatem civium retineri, non magis ac privati hominis familiam, ubi in tabulas expensi plus infertur quam in tabulas accepti: ubicunque enim rei publicae necessitates vectigalia et reditus superant, multo magis si ex insanis in

res inutiles et perniciosas sumptibus, nonnisi cum multitudinis iniuriis corrogari pecuniae possunt. ut exercitus ali, ut aulae fastus et luxus gliscere, ut populus aut optimates corrumpi possint, nova vectigalium genera, novi rapinarum tituli sunt excogitandi. interea ex publica calamitate crescunt passim multi et ditantur, iique dominationis fautores et instrumenta; mox exhaustis per omne vexationum genus pauperum scriniis exactiones grassantur per ceteros ordines, expilantur divitum quoque arcae; saevitur per delatores exactores satellites, tandem per tortores et carnifices. ita ex his regnorum opibus, quas alias
p. 624 nunc miramur, alias concussas et labefactas videmus, dominationum per Europam incrementa et ex his regnorum decrementa, mox excidia necessario aliquo rerum ordine apta et nexa sunt. adeo a parva et exigua causa, quod publice privatimque plus expenditur quam redigitur, omnis haec vitae calamitas rerumque clades proficiscitur. quod vero multo gravius et intolerabilius est, videntes meliora intelligentesque ea tamen rerum necessitate publice privatimque undique obsepti tenemur, ut nihil ex iis quae ad interitum rapiunt aut sisti aut remitti possit. *evoe! pessum ibimus!* ut apud Satyrarum scriptorem habetur. adeo vana res est hominum sapientia, quod errorum quidem fontes et causas ea aperit, remedia quoque morborum monstrat, nec tamen potest efficere ut remedia recte adhiberi eaque quae illorum vires infringunt removeri possint. ad argutandum et declamatorie agendum affatim materiae est, ad emendandas et in meliorem locum collocandas res parum aut nihil. omnium harum fortunae vicissitudinum salutare propositum est exemplum in imperatorum Romanorum rebus, per ea maxime tempora quibus sacra Christiana publice recepta fuere; quorum si ad privatorum hominum animos emendandos et in rebus adversis erigendos et firmandos credere licet vim fuisse longe maximam, publice tamen fatendum est ea ad rem publicam melius constituendam parum aut nihil profuisse, contra alia mala intulisse nec minora ac leviora: adeo moribus continetur unice salus rei publicae et incolumitas.

Inter haec tamen sunt nonnulla quae in Zosimo displicere possunt. occurrunt enim passim aliqua a bonorum scriptorum usu aliena. sunt tamen illa pauca, eaque facile ab eo cuius interest observanda, ei autem qui in elementaria sermonis Graeci

doctrina versatur haud multum molestiae creatura. *) alterum est, quod superstitionibus suis, inprimis vaticiniorum et prodigiorum, exponendis taedium facit. si tamen hoc in Livio Xeno- p. 625
phonte Suetonio et in scriptoribus ceteris ex melioribus aetatibus ferendum esse censemus, quidni condonandum hoc esse putabimus scriptori qui ea aetate vixit qua, quicquid erat hominum, in ceteris discors, consentiebat in uno hoc, ut ad rerum ordinem hunc sapientissime et pulcherrime constitutum caecutiens nihil magnum et memorabile haberet nisi quod praeter naturam factum putaret; ut in miraculis omnes defixi haererent, et rerum in praesens agendarum ad socordiam et stultitiam usque incuriosi de rerum futurarum praedictione unice laborarent et in nugosis praestigiis acquiescerent. **) quem tandem ex illa aetate scriptorem laudare possumus ab illa peste intactum? quid vero, si nostro tempore, in tanta cum sacrae tum profanae doctrinae luce, in hac physicarum chemicarum philosophicarum disciplinarum expolitione, passim viros videmus res supra naturalem rerum ordinem positas sectari et ad occultas naturae vires, ad arcanam aliquam sapientiam, ad geniorum et daemonum ludibria, aut praesensiones rerum futurarum omni causa idonea destitutas sua studia referre? Zosimum tandem lectorum, inprimis

---

*) Desideret forte aliquis horum vocabulorum indiculum factum: monitum tamen est de iis passim in notis a cl. editore. ita in verbis compositis praeposita *πρός* solemne nostro est ut simplicia praeferat, nec tamen in omnibus verum tantum in *προσθέσθαι* et *προσποιεῖσθαι*. ita ipsi *θέσθαι* est assentiri, pactione convenire: 1 20, 2 10, ubi et not. 2 55, 4 35, 4 42, 4 55, 5 27, 6 7, 6 12. *ποιεῖσθαι* simulare, prae se ferre, 4 42, 5 47. notabilia sunt *διαφθείρειν τοὺς ὅρους τῆς βασιλείας* pro *συγχεῖν*, *ὑπερβαίνειν* 1 5, *ἐνθύσασθαι* de sacris extispicum 2 12, *πληροῦν τὸ πρόσταγμα* facere 3 9, quod tamen exemplo non caret, *τὸ σκῆνος* de corpore humano 4 21, *ἐν τούτῳ μὲν εὖ διεγένετο* pro *διῆγε* 4 45, *θέσις τοῦ ζώου* pro *ἰδέα*, species, habitus, 5 16.

**) Licet interdum studia diversarum partium agnoscere, certantium inter se, ne alterutris miraculi genus esset cuius ipsi simile haberent nullum. conspecti fuerant in proeliis aut in urbium oppugnationibus ab una parte dii, ab altera apostoli martyres et sancti. frigido commento urbem Athenarum a Gothorum impetu defendunt Minerva et Achilles 5 6. gentiles laudabant pro se oracula: ecce Christiani proferebant alia militantia pro se. servata fuerant passim statuae et simulacra sanctorum virorum in medio incendio, servati libri sacri, puniti tyranni sacrilegi et al. eodem exemplo servata videas lib. 5 24 signa Iovis et Minervae incensa curia Cpolitana, et punitum sacrilegium Stelichonis et Serenae 5 38. hominum istorum eam contentionem mutuo fuisse equidem nullus miror: sed melioribus saeculis virorum doctorum animos ad haec obstupescere et haerere potuisse miror.

p. 626 adolescentum, manibus excutient nonnulli, qui de Zosimo nihil nisi quod sacris Christianis infestus fuerit inaudierant. verum hoc ei factum opprobrium bene diluit cl. editor. nec alienum erit omnino illius aetatis mores perditos cognoscere; et tenere, imperatorum aulicorum monachorum vitam nihil fere habuisse quod Christianos a gentilibus discerneret, praeter odia diversarum partium diversa. nec vero, nisi corruptissimis hominum ingeniis moribusque, tantae rei publicae corruptelae, tam alienae a communi utilitate voluntates, tam superstitiosae de rebus divinis humanisque persuasiones obtinere potuissent.

Nihil itaque, nisi quod aut utile sit aut in utilitatem verti possit, habet nova Zosimi editio; cuius descriptionem cl. editor recte ita instituit, ut non intra verborum criticen operam suam contineret, sed rebus narratis quoque illustrandis aliquam studii partem addiceret. qua in re ipsi hoc videndum erat, ne, inprimis in priore operis parte, qua antiquiora strictim percurruntur, nimis disertus esse vellet. in extrema sane parte desiderabam interdum diligentiorem rerum illustrationem: facile tamen intellexi in multis esse Zosimum auctorem unicum, in aliis praecipuum; quae autem ab aliis memorantur, non esse locupletiora aut luculentiora; iis vero qui disputata super his historiis cognoscere volent propositos esse Tillemontii et nuper Gibboni libros; de barbaris pleraque esse diligenter tradita a Mascovio, breviores autem notitias exstare in opere Guthriano (inprimis t. 4 5 p. 1 et 4, t. 15 p. 1). ceterum de consiliis suis cl. editor ipse lectorem satis diligenter edocuit, neque eius opera et doctrina nostra commendatione indiget: specimina eruditionis suae ille, ab eo inde tempore quo seminarii philologici sodalitio adscriptus erat, proposuit cum alia, tum reportatam bis in societate antiquaria Casselana palmam, alteram qua ad victorem proximo loco accessit, *de luxu Atheniensium,* alteram victricem, *de condicione servorum inter Graecos eiusque vicissitudinibus;* quarum neutram a societate prelo excusam esse impatienter ferimus; tandem tertiam palmam principe loco super quaestione a societate Regia Gottingensi proposita *de re metallica veterum.* nuper quoque *de origine et ratione quaestionis inter Graecos et Romanos* commentatus est, cum summos in iure honores consequeretur.

FRID. SYLBURGII PRAEFATIO.

Zosimeae historiae nihil hucusque typis publicatum fuit praeter duos libros priores, quos H. Stephanus cum Herodiano novem abhinc annis in lucem edidit. in ceteris libris usi sumus duobus exemplaribus calamo exaratis, quorum unum Aemerius Thuanus pro singulari erga rem literariam studio e Leonclavii apud Fr. Pithoeum codice suis sumptibus exscriptum nobis communicavit et Ioannes Opsopoeus cum archetypo contulit, alterum amplissima Palatinorum Electorum bibliotheca suppeditavit e Baptistae Egnatii bibliotheca profectum; cum quibus etiam primi duo libri a nobis collati et aliquam multis in locis partim suppleti sunt partim emendati. quod eo nomine hic praemoneo ut doctis constet quae quibus in huius scriptoris editione debeatur gratia. in annotationibus etiam hisce suum cuique tribuetur, Stephano Leonclavio et ceteris, a quibus aliquid ante nos ad huius auctoris expolitionem est collatum.

p. xv

IO. FRID. REITEMEIERI DISQUISITIO IN ZOSIMUM EIUSQUE FIDEM.

Quae de Zosimo constant.

Etsi Zosimus non tam adversam ac quidam alii vetustatis scriptores expertus est fortunam, quorum praeter nomen ac scripta nihil aliud ad aetatis nostrae memoriam pervenit, haud meliori tamen ad vitam eius pernoscendam versamur loco quam si nomen eius prorsus olim ignoratum aut a nullo veterum commemoratum fuisset. qui enim antiquorum de Zosimo eiusque libris historicis disserunt, Euagrius Photius et Nicephorus, nomini ipsius omnes infesti exagitantesque eum ut addictum superstitiosis sacris hominem, nec quicquam afferunt quod ad vitam Zosimi illustrandam ac scripta eius rectius diiudicanda inservire possit. in tanta eorum cupiditate traducendi et exagitandi Zosimum si quid iis innotuisset quo potuissent famam nomenque eius adspergere apud posteros ac fidem elevare, non omissum id ab inimicis eius fuisset. manifestum itaque est monumentorum inopia haud plura de eo tradendi copiam fuisse quam quae ex ipsius scriptis colligere et conquirere liceret. quare cum ea nobis sit in vitam eius inquirentibus condicio, ut alieni subsidii spe abscissa acquiescendum sit in iis modo rebus quae studio ac lectione assidua ex eius historia possint erui, eo impensior in iis eliciendis cura nostra esse debet, quanto maior huius cognitionis usus esse potest cum ad scriptoris consilium sollerter examinandum, tum potissimum ad fidem eius accuratius explorandam ac diiudicandam. *)

*) De Zosimo vid. *Fabricii* Bibl. Gr. t. 3 p. 605. *Hankii* Script. Rom. p. 1 p. 180 et p. 2 p. 316.

De aetate Zosimi, de qua ut principe quaestione priore loco disceptare placet, sententiis, ut in re incerta ac dubia, variatum a viris doctis est, dum alii eam ad Honorii, alii ad Anastasii tempora referendam censerent, adeo ut eorum qui maxime inter se opinionibus discrepant tantus sit dissensus, ut per saeculi spatium aetatem nostri auctoris incertam ferri et fluctuare videamus. Lambecio *) quidem historicum nostrum Olympiodoro antiquiorem facienti collocantique intra annos 410 et 425, quippe terminos utriusque scriptoris historiarum, iccirco non adstipulamur, quod Olympiodorus, cuius nomen diserte commemoratum a Zosimo non sine vi et contextus iniuria loco moveri ac pro glossemate eiici potest, certissime Zosimo aetate superior fuit. iam Saxius **) ad aliquanto seriora descendens tempora, indicio carminis Syriani a Zosimo laudati, intra annum 431, circa quem Syrianus floruit, et 433 aetatem illius includit. ad multo sane inferiora reiicitur Zosimus tempora ab Henrico Valesio, qui duobus subnixus argumentis Anastasii imperatoris eum aequalem fuisse credit, primum quod Syriano, cuius apud Zosimum mentio, Proclus Diadochus, Anastasii aequalis, praeceptore usus sit, deinde quod Zosimum sophistam Anastasii regno florentem Suidas commemoret. quis vero sit quin intelligat argumenta adeo imbecilla fidem facere nullam ei sententiae posse? nam quod Procli Diadochi praeceptorem Zosimus laudat, non iccirco fit quod discipuli illius sit aequalis aetate habendus, quandoquidem Syriani mentio ab omnibus iis fieri potest qui post eum vixere. porro non magis certum est Zosimum sophistam, quem Suidas laudat, cum historico nostro pro eodem esse habendum: ex contrario a Suida historiographum, nisi ignoratum, saltem cum alio eiusdem nominis confusum fuisse vel inde demonstrare possumus, quod, quamvis ex Zosimi historia ad literam quaedam loca descripta suo operi inseruerit, ***) nusquam tamen mentionem eius fecit certam et luculentam. ex argumentis igitur, quibus dubiam aetatem Zosimi stabilire et ad certum tempus adstringere

Aetas Zosimi.

p. XVI

p. XVII

---

*) Biblioth. t. 6 p. 188.

**) in Onomast. t. 1 p. 498.

***) ne existimemus Eunapii, quem Suidas excerpsit et Zosimus breviavit, loca esse ea quae in utriusque operibus similia deprehendimus, cum alia tum maxime cap. 7 libri 1 Zosimi prohibet, quod eorum temporum continet res quae ab Eunapio non attingebantur.

allaboratum a viris doctis, unum tantummodo est satis validum, quod ex Syriani facta commemoratione patet Zosimum ante eius aetatem non vixisse. ceterum pro certo ponere licet vixisse ac scripsisse Zosimum medio inter annos 431 et 591 tempore, quippe quod primo anno floruit Syrianus, qui ultimus laudatorum a Zosimo scriptorum est, et scripsit postremo Euagrius, qui primus eius, quod scimus, mentionem fecit. fluctuat sic aetas historici nostri intra centum et sexaginta annorum spatium: veruntamen duo argumenta ex ipsius historia elici possunt, quibus eam ultro citroque artioribus limitibus ita includere speramus, ut sub exitum saeculi quinti collocandam esse probabile fiat, postquam res Romana in provinciis iam corruerat.

Primum Zosimus, ubi sui ipsius aevi calamitates deplorat, eam esse imperii fortunam ait ut Romanis vix quicquam pristinae supersit magnitudinis, dum provinciarum aliae barbarorum potestatis factae, aliae ad eam solitudinem redactae sint ut ne urbium quidem situs cognitus sit. *) ea esse scriptoris qui non infractam ac debilitatam imperii vim cerneret, sed iam ipsam ruinam in oculis haberet, quis est qui non perspiciat? profecto non Honorio, quo regnante vis illa Romanis adeo fatalis etiam ex Zosimi sententia primum ingruere coepit, aequalem putabimus eum qui urbium vastitie deletarum vestigia iam nulla superesse aetate sua profitetur: verum ut is longo satis intervallo vixerit post Honorii aetatem, necesse est. ne quis vero exinde, quod *plurimam* tantum *provinciarum partem* scribat a Romanis amissam, adeoque stetisse adhuc, rebus nondum prorsus exstin-
p. xviii ctis, aliquam imperii speciem, colligat inferatque in Italia servatas fuisse imperii occidentalis quasi reliquias, alius locus prohibet, in quo *prorsus interiisse* ait imperium. **) alterum argumentum, quod Zosimi potest aetatem definire, hoc est: Zosimus professus, ut Polybius rerum Romanarum incrementa narraverit, ita se earundem ruinam exponere, utriusque fere fortunae ita exaequat tempus ut ruinam similiter ac incrementa imperii haud longo temporis spatio inclusam fuisse scribat. ***) Polybio autem annos quibus creverint imperii res numerante quinquaginta fere et tres, Zosimum rebus imperii occidentibus eundem fere

---

*) 3 32, 4 59. **) 4 21. ***) 1 1 et 57.

attribuisse annorum numerum necesse est. quo posito, Zosimum ab eo tempore quo ruere res Romanae et collabi coeperunt, adeoque inde ab anno divulsi per Theodosium et inter filios Arcadium et Honorium divisi a. 395 imperii, saeculi fere dimidia parte, adeoque circa occidentalis regni excidium, vixisse credemus. quare nec mirabimur Euagrium, ad centum annos ex computo nostro a Zosimi aetate remotum, cum obliterata iam ipsius inter homines memoria historia eius solum exstaret, num vixerit Arcadii et Honorii regno ambigere.

Quae de reliquis ad vitam Zosimi pertinentibus rebus ex ipsius scriptis eruere licet, ea non magis copiose aut citra omnem dubitationem tradi possunt quam quae de aetate eius inde sumpta docuimus. si fides habenda inscriptioni quam historia Zosimi habet (et genuinam esse, confirmare Photii eam repetentis testimonium videtur), *comitis et exadvocati fisci* dignitatem obtinuit, cui satis ingens decus ac locum illustrem adiunctum scimus. sexaginta enim viri illi quorum in numero Zosimus erat, ex advocatis centum et quinquaginta in foro praefecti praetorio, ut curam fisci haberent, aut singulis annis aut biennio quoque electi, satis magnis utebantur privilegiis, et praeterlapso quo fisco ut patroni praeerant tempore non modo dignitatem ac privilegia pristina retinebant, sed titulis insuper virorum spectabilium condecorati inter comites consistorianos referebantur. inde si infe- p. XIX
rimus Zosimum iuris rerumque fiscalium fuisse peritum, et Cpolim, nisi patriam, saltem sedem ei fuisse, a probabilitate id non abhorret. id tamen mirum videbitur, quod Zosimus, qui gentilis superstitionis cultorem se in suo opere profitetur, eo tempore quo patrii ritus ac caerimoniae iamdudum imperatorum edictis profligatae abrogataeque essent, et dignitatem illam nactus et pietatem Christianorum imperatorum exagitare ausus est, nisi credamus eum occultasse ea quae in Christianam religionem scripserit, nec nisi post eius mortem ea in vulgus prolata fuisse.

Quae de Zosimi aetate dignitate ac munere, doctrina vita et religione protulimus, ea quamvis neque multa neque satis certa sint, possunt tamen demonstrare historico nostro non modo vera percunctandi, videndique multa quae traderet, in oculis ipsius posita, facultatem fuisse, sed animum etiam eius, religionis diversitate occupatum, abhorruisse a studio palpandi imperatoris,

quod Christianorum hominum ea tempestate infecerat animos, ut falsissima quaeque traderent, alia vera occultarent. enimvero altera ex parte suspicari licet ad nimiam gentilium laudationem eum proclivem et in exponendis Christianorum rebus iniquiorem fuisse, animo quoque tum ipsa religione contactum, tum rerum in quibus exponendis versabatur atrocitate aliquam acerbitatem fuisse iniectam, ita ut reprehensionum, quibus calamitatis publicae auctores, Christianae religionis cultores, sectaretur, acrimonia in iniquitatis suspicionem incideret, et sugillatoris potius quam historici candidi munus gessisse videretur.

Consilium auctoris. Scribendi interitum rei Romanae aperiendique calamitatum causas consilium ex Polybii, qui eandem florentem et rerum incrementis auctam explicaverat, *) imitatione initum, ac pro cultu literarum aetatis Zosimeae, quae longe iam desciverat a vera et ingenua ratione historias scribendi, satis laudabile et Polybio
p. xx dignum videtur. in argumento tamen suo pertractando Zosimus non ita versatus est, ut eius ad cuius imitationem consilium et studium direxerat virtutes, sagacitatem et sollertiam inveniendi rerum causas quidque exinde sequatur videndi, et orationis ubertatem aequaret aut proxime accederet. ordine tamen rerum enarrandarum satis apto ad suum consilium usus est. antequam enim ea attingat tempora quibus res Romana in peius vergere ac labare coepit, et quae scribendo persequi ipsi maxime propositum erat, altius repetita calamitatum origine ad Augusti regnum redit, et quid rebus Romanis mutata ab eo imperii forma invectum sit incommodi, aperire et illustrare studet. cum autem orbis Romani antiquam faciem ac condicionem legentibus cognitam et perspectam esse vellet, ita commode moderatus est institutum suum, ut quo magis ad postrema tempora progrederetur, eo copiosius res exponeret. quare brevissime explicata est annorum fere trecentorum historia, libro primo comprehensa, copiosius aliquantum posteriores res, quae secundo tertio et quarto libro continentur et vix saeculi spatium complent, res Constantini et deinceps ad Theodosium usque imperatorum. quibus quasi praefaminis loco praemissis cum accessum sibi ad argumentum suum praestruxisset, oratione iam latissime fusa et impensiori

*) 1 59. cf. 3 32, 4 59.

aliquo studio, quae Arcadio et Honorio imperantibus urgere Romanos eorumque rem publicam evertere coeperunt mala, enarrare pergit. ea etsi satis praeclare et cum laude peracta sunt, id tamen reprehensione haud caret, quod Zosimus ultra imperatoris primum rei publicae impositi tempora retro exspatiatus ea quoque attingit quae gentis adeo Romanae origines anteverterunt, quodque exponit quae apud Persas Graecos et Macedones principatus vicissitudines fuerint. qua in re, etsi ad imitationem Polybii ea a Zosimo adumbrata sunt, iudicium tamen hominis desideres: nam aliena erant ab instituto, quod ad casum et excidium imperii Romani spectabat. quod autem magis ad rem faciebat, ut quemadmodum Polybius incrementorum, ita ipse occasus rerum comparationem institueret, id, quamvis monere p. XXI eum argumenti ratio potuisset, non animadvertisse videtur.

Aliam, et eam quidem omissionis, culpam sustineret Zosimus, si, ut vulgo putatur, historiae suae eo quo nunc eam terminatam videmus anno finem imposuisset, et quae praecipue ab eo erant pertractandae posteriorum temporum res, non adverso aliquo fato ab opere instituto depulsus, sed consulto et sua sponte omisisset. verum ut in aliam abeamus sententiam et statuamus aut Zosimum seu morte seu alia qua sinistra fortuna impeditum fuisse quo minus historiam ultra annum 410 continuando excidium imperii eiusque causas explicaret, aut partem operis ab auctore ad finem perducti temporis iniuria intercidisse, id pluribus certissimisque rationibus monemur. aperte profitetur Zosimus suum consilium perducendi historiam ad suam aetatem, *) quae ab anno in quo historia eius nunc subsistit plus ferme quam sexaginta annorum spatio distat. porro desiderantur causae calamitatum quibus urgebantur Romani, et oracula quibus occasus imperii praedictus, quanquam in fine historiae utramque rem se afferre et docere velle pollicitus est. **) satis rationum est ad intelligendum iacturam Zosimum in postremis libris fecisse, cuius ipsius rei vestigia adhuc in mutila periodo ultima exstant. quamobrem etsi manifestum sit Euagrium et Photium non pleniorem Zosimi historiam quam nos habuisse, non illud in aliam sententiam adducere nos potest: illud modo inde intelligitur, istam

*) 4 59. **) 1 58, 4 23.

iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem contigisse: nam si absolutam eam suis numeris habuisset, plura ex eo in rem suam allaturus fuisset.

Amissa autem parte quae praecipua erat operis, in qua rebus exponendis cum copia et ornatu ingenium auctoris et ars nobilitari poterat, in libris qui supersunt, quattuor prioribus, vir-
p. XXII tutes eius exigendae sunt ad epitomatoris potius quam ad historici, quem vocant, pragmatici leges, nec ultra quicquam in iis requirendum quam quae in breviariis spectantur, rerum vera et accurata expositio et perspicua ac concinna oratio; quae quidem virtutes non modo eum non deficiunt, sed aliis insuper ornamentis, rerum delectu bono et iudicio idoneo sunt auctae. neque tamen omnino vitiorum illud genus vitavit quod breviantium esse solet. sunt enim nonnulla male omissa, alia perturbate ac confuse dicta, passim aliena intermixta, id quod in iis maxime locis accidit ubi in religionis suae superstitiones inciderat; *) temporum autem ratio rarissime notata est, interdum confusa. attamen vitia illa neque tanta sunt neque tam multa, praecipue in postremis libris, in quibus et orationis copiam maiorem et diligentiam curamque impensiorem deprehendere licet, ut iis virtutes eius obruantur; sed maior eius erit virtutum laus quam vitiorum reprehensio.

Cum in postremis libris, qui periere, locum, qui esse debuit historiae illustrissimus, de calamitatum et ruinae imperii Romani causis pertractaverit, non incommodum videtur istas causas ad excidium regni adeo efficaces, quantum licet, ex reliquis libris, ubi eas obiter attigit, eruere et hic subiicere, cum res sit et per se satis gravis et ad recentiorum hominum, qui iisdem causis investigandis vacarunt, iudicia comparanda utilis. **)

---

*) e. g. 4 6 et 18, 5 41.

**) Recte monuit v. cl. totam fere eam historiae partem, e qua maxime censenda erat Zosimi fides et auctoritas, sub finem libri interiisse. tradiderat in ea cum modum rationemque tum causas excidii imperii Romani, idque ita persecutus erat ut ad Polybii exemplum se componeret; quod quidem ipse Zosimus testatur lib. 1 c 1. cf. 1 57. iis tamen locis quae adhuc exstant, quoties causas excidii commemorat, non satis sibi constare videtur: nam illo loco id maxime sibi propositum habere videri vult, ut declaret fato omnes rerum humanarum inversiones fieri, fato quoque rem publicam Romanam ad exitium properasse; aliis locis (inpr. 2 7, 4 59, 5 38, 5 41) a contemptu sacrorum patriorum causas exitii repetit. nisi forte rem ita ex eius sensu expediendam putabimus, fatale rei publicae Romanae fuisse ut

Originem malorum a mutata civitatis liberae forma repetendam esse primo loco censet. *) commisso imperio vasto, tot tantasque provincias populos maria terras complexo, unius hominis arbitrio, non potuit ille amplius, etiamsi administrationis habere curam vellet quam maxime, rebus rite gerendis par esse. quanta enim opus erat vigilantia et alacritate, ut provinciis tanto intervallo ac longinquitate dissitis ac remotis tempestive succurreret, quanta sagacitate in exquirendis iis quos pro magistratibus mitteret, quanta prudentia, iudicii vi, divina mente in innumeris rerum ac negotiorum generibus! cum autem plerique imperatores ab hac rerum administrandarum cura ad libidines et voluptates versis essent animis, omnia ea mala succedere necesse erat, quae imperium Romanum afflixisse notius est quam ut nunc declaratione nostra opus sit.

Summa causarum quibus imperii excidium adscripsit.

p. XXIII

Novus gravium malorum auctor exstitit Constantinus, qui institutis novis ac perniciosis maximum rei publicae intulit vulnus, non quidem praetorio exstincto, ut recentiorum nonnullis visum, itaque nec ulla aut laude aut reprehensione addita eam rem commemoravit Zosimus: **) verum eo Constantinus gravissime in rei publicae salutem peccavit et iudicante Zosimo cala-

sacris patriis desertis ad interitum rueret; ad contemptum sacrorum spectare, quod praedictiones varii generis, quibus hac de re monebantur homines, fuere spretae ac neglectae. qua quidem in re etsi nihil esse potest minus optabile quam praedici res, quarum eventus nullo modo evitare potest: quis enim non maius fore beneficium intelligat eius qui aut futura, si mutari nequeunt, omnino non manifestet, aut si futura aperit, quomodo tristia et acerba avertenda sint, insuper doceat? sed in hoc non magis homines sibi constant quam in tot aliis, quae ad gravissimos vitae humanae casus spectant. fatalis quoque necessitatis notionem habet parum constitutam: *ad Parcas* enim eam refert, *seu ad sidereorum motuum revolutiones*, *seu numinis voluntatem faventem iis quae pro virium nostrarum modulo et secundum ius et aequum suscipiuntur;* †) inde *constare* subiicit, *divina providentia res humanas administrari;* ††) quod quidem ad tertiam modo causam memoratam, *numinis voluntatem*, referri posse videtur. HEYN.

†) Ita fere accipimus verba obscura et partim corrupta, 1 1: ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μετὰ τοῦ δικαίου ἀκόλουθον οὖσαν.

††) Obscura vero et hic oratio: δόξαν — τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν. quod esset: *attributam esse*, *creditam esse*, *divinae providentiae;* quo sensu alias esset ἐπιτετράφθαι. sed suspicor fuisse scriptum ὑπογεγράφθαι, *delineatam*, *informatam*, *constitutam* esse rerum humanarum administrationem per divinam aliquam providentiam.

*) 1 5. **) 2 17.

mitatum deinceps omnium semina iecit, quod parum de imperii securitate sollicitus milites, quibus commissa finium cura erat, avocatos per mediterranearum provinciarum urbes dissipaverat. [1]) nam ista imperatoris imprudentia non modo barbaris liberiores per limites praesidio nudos excursiones erant, sed milites etiam urbium, quas custodia nulla egentes insidebant, deliciis et luxuriis fracti a disciplinae severitate desciscebant. militum corruptelis et licentiae Constantinus alio etiam instituto accessionem attulit, cum numero praefectorum praetorii aucto et potestate rerum et civilium et militarium, quae antea copulata in unius magistratus manu fuerat, inter plures divisa et imminuta, insuper praefectis praetorio in milites ius ac potestatem ademit. nam eo factum est ut milites reformidantes antea praefectos, quod hi stipendio non dato punire eos ac coercere poterant, posito metu solute et licenter agerent. [2]) sicuti autem Constantinus afflicta re militari in summum rem publicam adduxerat periculum, ita tributis gravibus et ad omnium ordinum omnisque sexus molestiam inventis vexare provincias coepit, quae fisci licentia, exactionum acerbitate, magistratuum avaritia opibus
p. XXIV exinanitae ad extremam inopiam redactae sunt. [3]) addit his Zosimus tandem hoc quoque, quod imperator deserendo sacra maiorum, per quae, ut Zosimus ex paganorum superstitione sentit, salus et fortuna imperii per tot saecula steterat, [4]) adoptandoque Christianorum religionem, *ἄλογον συγκατάθεσιν*, [5]) deorum tutelam a Romanis abalienavit. [6]) omissa nunc aut impugnatione aut excusatione huius opinionis, id tantum monere liceat, Zosimum, etsi non omnino, quae ex religionis novae, qualis tum erat, adscitae pravis institutis ad Romanos redundasse mala recentiorum nonnullis videntur, animadversa habuerit, instituta tamen monachorum, ut rei publicae exitiosa et neque ad militiam neque ad aliam rem utilia, ad homines vero opibus pietatis specie spoliandos egregie inventa improbare et reprehendere. [7]) quod vero vulgo credunt, religionis Christianae praecepta valuisse ad debilitandos militum animos virtutemque

---

1) 2 34. 2) 2 33. 3) 2 38. 4) 2 7 et 29. 5) 4 59. 6) cf. 4 33 et 37. 7) 5 23, ubi praeclare ait Zosimus *monachos sub praetextu, quasi cum pauperibus sua omnia communicarent, omnes ad paupertatem et inopiam redigere.*

bellicam frangendam, id Zosimus diserte quidem et satis dilucide nusquam dixit, tamen obscure illud quibusdam in locis significatum ire videtur: [1]) quam vero exitiosum rei militari interdictum illud fuerit quo exclusi sacrorum cultores patriorum a militia erant, [2]) verbis ab eo minus ambiguis declaratur.

Disseminatis ita per Constantinum malorum causis, postquam bellica virtus et rei militaris cura, quae in Iuliano et Valentiniano erat, [3]) vulnus inflictum imperio aliquantum lenierant averterantque ad tempus mali clam serpentis vim et exitum, Theodosius, Romanorum primum virtute sua sospitator, pravis perniciosisque deinde in re militari institutis, luxuriosa vita et, quemadmodum Zosimus opinatur, religionis maiorum odio et Christianae studio, [4]) eversor imperii factus est. peccatum in militia, quod magistros militum creavit quinos, et ceteros qui copiis praeessent, praefectos alarum, duces turmarum et tribunos numero plus quam duplo auxit, quo factum est ut eorum avaritia magnopere vexarentur milites, fraude subtractis iis quae ex fisco praebebantur. [5]) res autem maxime rei militari exitiosa fuit barbarorum ingens multitudo, quam Theodosius longe numerosissimam alere atque legionum adscribere numeris instituit. tanta fuit eorum multitudo ut Romanis numero paucioribus iniicere metum et rei publicae tranquillitatem turbare facile possent. [6]) militantes apud Romanos barbari, aut ex captivis aut ex hostibus adsciti, corrupti insuper annona ac muneribus, quibus donabantur supra milites reliquos, solutiores insolentioresque erant; [7]) praeterea habiti sunt adeo negligenter ut, militum descriptione nulla facta, iis redeundi ad suos et, si ipsis militiam facere displiceret, alios suo loco mittendi copia fieret. [8]) barbari isti nulli disciplinae assueti, insolentissimi, seditiosi [9]) ac dissidentes a Romanis, [10]) non verebantur cum popularibus agros colentibus Romanos conspirare, [11]) et ubi nacti in regia summos honores essent, Romanis, quibus se praestare virtute cernebant, despectis tumultus ac turbas ciere. [12]) itaque huiusmodi hominibus, qui Romanis non praesidio sed detrimento erant

p. XXV

---

1) 3 3 ibi not. 2) 5 46. 3) 3 3, 6 3, 4 3. 4) 4 59. 5) 4 27. 6) 4 30. 7) 4 39 34 40 33. 8) 4 31. 9) 4 30 33 39 56. 10) cf. 5 34. 11) 4 26 et 31. 12) 4 54 et 56.

eorumque avidissime inhiabant opibus, ad copiarum, quae auspicante Theodosio regnum admodum imminutae fuerant, [1]) augendum numerum receptis, atque commissa iis imperii custodia, facile praevideri poterat ad ultimum discrimen adductum imperium iri, cum primum imperatores rem publicam capessivissent quibus ad coercendam barbarorum insolentiam virtus
p. XXVI deesset. et tales imperatores imperium nactum est filios Theodosii, eius successores. tandem idem imperator gravis in cives molesta exactione pensionum esse, et quae reliqua provinciis barbarorum praedatio fecerat, spoliare sibi coepit, [2]) ut non modo barbaris imperii custodibus stipendia praebere, [3]) sed indulgere etiam voluptatibus, quibus diffluebat, posset. sumptus enim faciebat immodicos in mensam, cui inserviebant coquorum ac pocillatorum turbae, [4]) et in theatri spectacula obscena, [5]) eademque luxuriei alios gliscente peste infecit. provinciae tributis impositis summaque severitate exactis, [6]) iure venali, [7]) magistratibusque avaris commissae, [8]) opibus virisque exhaustae tam miserabili condicione erant, ut aliis in locis solitudo facta esset, aliis homines non tam viverent quam spiritum ducerent, quibus vita intolerabilis (*βίος ἀβίωτος*) esse videretur. [9])

Succedentibus tandem parenti Arcadio et Honorio, stupidis ac stolidis hominibus, ruina imperii celerrime approperata est. ea erat hominum, quorum tutelae utriusque imperii domini commissi erant, aviditas et rapacitas, ut locupletum domus expilarentur, [10]) et provinciae oppidaque exinanita pecunia, cuius inopia et Romam ipsam tenuit maxima, [11]) destituerentur habitatoribus, qui barbaros pro liberatoribus potius quam hostibus ducebant. [12]) viribus igitur imperii ita accisis ut non suppeteret pecunia qua aut barbaros, si incursionum ab eis periculum esset, delinire, aut milites, quibus eorum impetus coerceretur, alere possent, provincias orientales primum barbari adorti sunt, cum interea intestinis odiis discordiis flagitiis conflagrarent omnia; et prope erat res ut rebellione Gainae et Tribigildi, qui duces

---

1) 4 29. 2) 4 29. 3) 4 59. 4) 4 28 et 50. 5) 4 33 et 50, 5 7 et 25. cf. 4 33. 6) 4 41 et 32. 7) 4 50 et 40 et 52. 8) 4 28 et 37 et 40. 9) 4 29. 10) 5 12 et 1. cf. 5 5 et 25. 11) 5 4. 12) 4 29, 2 38.

barbarorum erant, tanquam uno ictu omnia corruerent. [1]) sustentabat interim Stilicho, quem ultimum imperii columen habebant Romani, labantes provinciarum ad occasum res, [2]) donec eo sublato extrinsecus illata vis rem Romanam penitus pessumdedit. Alarichus enim in provincias Romanorum effusus cum ingentem multitudinem tam barbarorum quam servorum, quae ad eum confugerant, in fidem recepisset eisque suum robur firmasset, [3]) Romanos consilio prudenti destitutos, et praesidium neque in fide barbarorum [4]) neque in ducum suae gentis virtute [5]) habentes, ita afflixit ut, exstincto ferme nomine Romano, provinciae extra Italiam fere omnes aut vastitie deletae aut barbarorum dicionis factae essent.

p. XXVII

In his calamitatibus imperii Romani causisque et origine earum explicandis cum Zosimus satis sollerter et cum laude versatus sit, id tamen miramur, quod Alarichi primum in Italiam descensum plane omisit, et Alanorum Vandalorum et Suevorum in Galliam irruptionem obiter tantum attigit, [6]) cum tamen utraque calamitas ad excidium imperii efficacissima exstiterit. quae obsidionem Romae secundam seu tertiam, cuius noster in fine historiae mentionem facit, exceperunt mala et ultima Italiae clades, quamdiu ibi imperatoriae dignitatis umbra exstitit, ea in Zosimi historia fortunae iniquitate desiderantur, quo efficitur ut calamitatum imperii expositio haud ad finem perducta sit. tandem orbis Romani haec fuit Zosimi aetate facies ac fortuna. omnia a barbaris tenebantur; pleraeque ab iis provinciae erant occupatae, ceterae aut sui iuris factae aut agris oppidisque vastatis desertae, adeo ut urbes aliae ita a fundamentis excisae essent ut vestigia vix hominum oculis cognosci possent, aliae haberent incolas, sed raros egenos et ad extremam miseriam redactos. [7]) ingeniorum, quorum quasi segete olim res humanae viguerant, sterilitas invaluerat maxima, [8]) et virtus bellica [9]) ac literae, [10]) quibus florebant olim Romani, penitus eos destituerant.

p. XXVIII

1) 5 13—23. 2) 5 34. 3) 5 42. 4) 6 9. 5) 5 36. 6) 6 3. 7) 3 7, 4 59, 3 32, 2 38 et 34. 8) 1 1. 9) 5 41. 10) 5 24.

Fides Zosimi. In pervestigandis et explicandis rerum Romanarum ad ruinam vergentium causis quanta fuerit Zosimi sagacitas, cum satis ex his manifestum sit, iam fore speramus ut ad existimationem suam aequiores nanciscatur arbitros. hos quo minus inter superiorum temporum homines habuerit, partim fides eius suspecta partim religionis ratio in causa fuit; quo factum est ut criminationis potius quam laudis fama celebre nomen ipsius in ore hominum ferretur. ad fidem igitur Zosimi explorandam cum disquisitionis nostrae cursus procedat, videndum est, illa qualia sint, quae animum eius occaecare ita potuerint ut res falsas et erroneas traderet; qua quidem via intelligi poterit non modo qualis in eo sit malae fidei labes, sed etiam quibus in rebus quibusve locis potissimum falsa tradiderit; denique, probatione tanquam in trutina facta, perspici poterit quaenam sint ea in quibus auctoritas eius et utilitas integra et nulli suspicioni obnoxia maneat. laudamus et probamus scriptorem, qui quando non suae sed superioris aetatis historiam enarraturus est, auctores sequitur bonos, aetate proximos aut aequales, et in rebus explicandis copiose scite et cum fide versatos, qui porro eorum talem usum facit ut res conquisitas, iudicio subtiliter facto, accurate transferat et in suum usum vertat, ita ut praeiudicio mentis nullo, quod a veri sensu abducere possit, ad historiam conscribendam accedat, qui tandem nec studio nec odio alienatus a veritatis praeceptis recedat. quatenus in hunc censum Zosimus referendus sit, in sequentibus apparebit, ubi eum ad singulas historici diligentis ac fide digni virtutes exegerimus.

Primum a scriptorum, quos secutus est, auctoritate vix aliqua adversus eum criminationis causa arcessi potest, quandoqui-
p. XXIX dem Dexippus Eunapius et Olympiodorus, quorum auctoritatem Zosimus secutus est, partim dignitate partim doctrina conspicui et graves fuerunt scriptores. scripserunt suae quisque aetatis historiam et res quae ipsis maxime ante oculos erant; narrationis genere non compendiario et epitomatoribus solenni usi sunt, sed res diserte et accurate exposuerunt, quamvis a concinnitate parum commendata esset oratio. laudes istae etsi praecipue ad Dexippum et Olympiodorum pertinent, quorum fides nulla, ne ob religionem quidem paganam, suspicione afflicta fuit inter veteres, Eunapio tamen, qui diversum ab illis vitae genus secutus

literis operam dederat, auctoritas debetur haud minima, vel invito Photio, qui fidem ei ut sugillanti Christianos abrogat. nam iudicio suo, quo fidem eius evertere Photius studet, non modo firmamentum ullum non adiunxit, verum etiam satis dilucide prae se fert invidiam, qua istorum temporum Christiani homines incensi non verebantur, quicquid in paganis laude dignum esset, elevare, eosque, si de rebus Christianorum severius iudicare ausi essent, exagitare ut calumniatores et conviciis lacerare. ceterum Eunapius non suae modo aetatis res erat persecutus, sed ad saeculi fere spatium regressus historiae suae primordium a regno Claudii secundi fecerat, quo Dexippus, aequalis eius, suo operi finem imposuerat. fuisse Eunapio in ea operis parte, qua res suam aetatem antegressas exposuerat, auctores haud contemnendos rerumque et civilium et militarium haud imperitos, vel ex Zosimi breviario, quod ex Eunapio confectum est, intelligere licet; praeterea nonnullas res, ut vel ipse in Vitis Sophistarum innuere videtur, a philosophis Maximo et Prisco, qui ut praeceptores Iuliani summa eius familiaritate usi, eiusque expeditionibus consuetudinis habendae causa ab eo ducti interfuerant, tradita acceperat. quodsi Eunapii non eadem fides et auctoritas fuit quae Dexippi et Olympiodori, Zosimi etiam hactenus pro diversitate fontium, unde hausit, non una eademque erit auctoritas, poteritque de ea iudicium fieri inprimis in libri primi qua- p. xxx
draginta capitibus prioribus, inde ad libri quinti caput vicesimum fere sextum, et in postrema parte historiae. in priore enim loco, quod satis constat, Zosimus secutus est Dexippi Synopsin historicam, in altero, qui maiorem operis partem constituit, Eunapii Chronicon, in ultimo Olympiodori Silvam. *)

Ex scriptorum itaque, quos nominavimus, auctoritate pendet Zosimi fides. interea tamen ille etiam sua quaedam attulisse videri debet sibique propria. non enim e genere epitomatorum et breviatorum habendus est, qui, servili opera scriptoribus in compendium modo redigendis addicta, neque fidem eorum neque vestigia relinquunt. occupat quasi medium inter utrumque historicorum, qui proprie eo nomine appellantur, et abbreviatorum genus locum Zosimus, ut non modo suum consilium et propriam

*) Copiosius de ea re egi in Biblioth. Philolog. t. 2 1780 p. 225 seqq.

instituti rationem sequatur, resque ex auctoribus petitas ad eam accommodet, recisis aliis, aliis modo plus modo minus coartatis, sed ut aliis etiam scriptoribus, praeter Dexippum Eunapium et Olympiodorum, in auxilium vocatis et adhibitis eos, quos sibi maxime duces elegit, emendet aut suppleat. verum in hac opera Zosimo interdum humani aliquid accidisse negari nequit. non enim ubique satis sibi cavit quo minus narrationem obscuraret, omissis quae scitu erant necessaria; id quod in contrahendis prolixioris ac confusi stili scriptoribus, Eunapio et Olympiodoro, facile incidere potuit, inprimis si studium ac diligentiam minorem quam par erat adhiberet. nec improbabile est praematuro fato Zosimum fuisse impeditum quo minus historiam suam, iterata lectione, acutioribus perlustrare oculis et obscuris locis perspicuitatem reddere posset.

Maiorem aliquis suspicionem Zosimo iniiciat, qui revocato in mentem et consilio, quod ipsi in opere suscipiendo fuit, et opinione, quae de Christianorum religione eius animo inhaesit,
p. xxxi id eum molitum esse meminerit, ut ostenderet in maiorum spretis adscitisque Christianorum sacris positam esse calamitatum, quibus Romani vexarentur, causam. metus inde subit ne Zosimo idem acciderit, quod evenire solet illis qui student accommodare res, quas explicare cupiant, ad hypothesin aut opinionem quae ipsorum occupavit animos, ut a veritatis regula vel imprudentes et inviti recedant, utque in factis eventibusque trutinandis nullum iniuriae, quam veritati faciunt interpretando, sensum habeant. vanam autem et inanem commoveri Zosimo suspicionem demonstrant ea loca quae labe ista oporteret esse infecta, si verum quid suspicioni isti subesset. inspicienti ea facile patebit auctorem, ubi a prostratis caerimoniis profecta mala dicat, non omissa verarum causarum pervestigatione et expositione maligne ad illam causam omnia revocasse. perspicuum quoque est eum non fraude, quae consulto vera in falsum vertit, sed errore illo quo animus praeoccupatae mente opinioni inservit, abreptum, summatim modo et obiter ea interposuisse quae de malis civitati per immutata sacra invectis sentiret; qua in re communem illam et pervagatam olim inter ethnicos superstitionem secutus est, qua salutem civitatum in deorum propitio numine ac tutela positam, si spretis sacris ac contemptis diis caelestium

animi alienati essent et ad iram versi, in discrimine versari et ad ruinam rerum inclinari rem publicam existimarent. quare totum illud reprehensionum genus concidit; neque deletis et expunctis locis iis quibus istam sententiam declaravit, superstitionis, a qua ista profecta erant, ullum vestigium paulo eminentius superfuturum esse putamus. quod ut tanto magis constet, agedum dispiciamus an eo Christianorum Zosimus incensus fuerit odio, ut non modo nimius in laudatione amicorum et adversariorum reprehensione esset, verum quoque ut ea quae suis infesta et famae eorum adversa, utilia inimicis essent, silentio opprimeret, et quod maximum crimen est, mutando callide et subdole res aut fingendo mendacia et commenta scriberet, gravissi- p. XXXII
meque adeo fidem everteret.

Quomodo versatus sit aut reprehendendo aut laudando, ubi eius rei opportunitas data esset, si advertimus animum, in universum quidem intelligemus Zosimum, etsi plerumque iudicio in utramque partem abstineat, ad vitia tamen et prave facta, inprimis in imperatoribus Christianis, insectanda procliviorem esse, quam ad virtutes et praeclare facta laudibus celebranda; quae quidem eius ad acerbitatem propensitas non magis ab invidia aliqua Christianorum quam rerum narrandarum atrocitate et foeditate animique inde contracta tristitia orta videtur. Constantius enim et Theodosius, quos auctores sciebat esse malorum quae rei publicae per militiae ac morum corruptelas importata erant, etiamsi Christianae religionis cultores eiusque adsciscendae aliis auctores non exstitissent, tamen in graves reprehensiones incurrere debebant. attamen in rebus Constantini enarrandis nimis stomachosum eum esse credimus, inprimis ubi perversi eum animi et malitiosi paulo asperius inculpat; Arcadium autem ob stoliditatem indignius quam par erat exagitari. ex diverso Iulianum quot quantisque exornandi laudibus ob praeclara facinora Zosimo copia data fuit, nihilominus in eximii aut magni, quemadmodum ab ipso praedicatur, imperatoris vita enarranda exhibuit se et in laudando modestum et in iudicandis religionum causis satis aequum, si quidem, praeterquam quod obiter fere sententiam eius a Christiano cultu abhorrentem commemorat, ea quae revocanda sacra maiorum instituerat non modo non laudavit, sed ne mentionem quidem eorum fecit.

Omissionis fraudulentae culpam, cuius raro indicia esse possunt satis certa ad convincendum scriptorem, a Zosimo abesse cum aliis tum potissimum eo probatur, quod Christianorum virtutes et praeclare facta non praeterit, et quae ad repre-
p. XXXIII hensionem idonea erant, consilio nonnunquam omisisse videtur. ut autem luculentissime pateat non religione occaecatum animum Zosimi fuisse, monendi tantum sumus eum non modo cum candore referre recte ac praeclare facta, sed laudibus etiam ornare. id quamvis in qualibet historiae parte et in omni Christiani aut imperatoris aut ducis vita perspicuum sit, maxime tamen in Stilichonis iudicio elucet, quem non Eunapii, infestissimi, ut Photius testatur, in Stilichonis famam scriptoris, more dilacerat, sed relicto eo auctoritate Olympiodori vel contra vulgarem Christianorum, qui affectati regni eum arguebant, criminationem defendit, et similiter Serenam uxorem eius a crimine proditionis in eam coniecto et mortis causa facto disertis verbis vindicat, quanquam utrumque et Stilichonem et Serenam impietatis in deos cum indignatione animi incusat, et deorum ira fatum eis triste merito acceleratum arbitratur. quam Zosimus aequitatis legem cum sequatur, quid potest esse ad fidem ei conciliandam gravius? profecto miratio animum subit, cum eum, quem veritatis et aequitatis tam studiosum, ab invidia alienum certissimis indiciis cognovimus, tam iniquis hominum iudiciis premi videmus. quae tandem sunt illae res quas commentus est in fraudem Christianorum et in laudem suorum? ubinam sunt in eius historia illa verba aut facta falso et temere conficta? dicent haud haesitantes in Constantinum multa esse infesto animo excogitata, conversionis ad Christiana sacra rationem fabulae speciem prae se ferre, instituta rei militaris exitiosa imperio et tributorum exactiones graves esse improbabiles, et ut Iuliani laudes exaggerata oratione praedicatae sunt, ita in Theodosio, si alios quam Zosimum velimus audire testes, omnia alia quam ignaviam luxuriem et rerum publicarum incuriam fuisse. haec est cantilena toties in Zosimum decantata, et si quaeramus quibus rationibus istae querelae nitantur, praeter scriptorum quorundam qualiumcunque testimonia Zosimo adversantia, silentium aliorum auctorum memorant, quo convelli Zosimi narrationem posse existi-
p. XXXIV mant. ne hic de testium, ad quos provocant, levitate quicquam

moneamus, siquidem in Commentario historico loca, quae sive nulla sive aliqua iuris specie in suspicionem adducta sunt aut adduci possunt, sub examen vocavimus et de criminationum vi sententiam nostram pronuntiavimus, de silentio aliorum scriptorum, in quo haud exiguum suis rationibus firmamentum positum et ad criminationem Zosimi satis acre telum sibi datum putant, hoc tantum dicere liceat, omnino ad oppugnandum Zosimum a silentio rationem idoneam tum suppetituram fuisse, si scriptores nobis superessent ii a quibus earum rerum narratio exspectari posset; si Ammiani, hominis et peritissimi et fide dignissimi, historiam et integram et ultra Theodosii tempora perductam haberemus. cum vero tanta sit historicorum ex illis temporibus penuria, maxime eorum qui res gestas a Constantino et Theodosio cum fide ac diligenter tradiderint, qui tandem sunt ii scriptores ad quos provocare quorumque auctoritate fidem Zosimi convellere nobis liceat? ad Eutropium et Victorem, qui breviaria modo scripserunt? num ad Christianorum historicos, inprimis Eusebium, qui etsi studio vera tradendi satis essent imbuti, non modo disciplinam rei publicae et causam imperii aut parum cognoscebant aut prorsus ignorabant, ab hominumque usu et iis quae rem publicam continebant erant alieni, sed etiam historias scribebant in quibus pro instituti ratione rei ecclesiasticae potius quam militaris et civilis curam habere eos oportebat, veluti Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Philostorgium? nonnunquam scriptores dicti non abrogant Zosimo fidem, sed confirmant vel in ipsis locis ex quibus suspectam et controversam Zosimi fidem alii faciunt.

In historia igitur Zosimi si vitia quaedam exceperis, quae vel scriptoris incuria vel librariorum socordia in eam irrepserunt (nam et ab hac repeti posse loca nonnulla turbata suspicari licet), si porro acerbitatem eius in reprehensione, quamvis iusta, condonaveris, scriptorem habebimus in quo praeter iudicii satis acuti, etiam fidei et auctoritatis eminent indicia vera et luculenta, ut p. xxxv
indignum videri possit tam diuturnam in Zosimo calumniae valuisse opinionem, nisi in propatulo esset Christianos homines ob severas eius in suarum partium homines stricturas sugillationis ei maculam inustam voluisse. ira et invidia inter diversarum religionum asseclas consopita, cum aequioribus nunc nobis esse

liceat, non ad iudicia eius vel iniquissima, sed, uti par est, ad rerum traditarum veritatem fide ipsius exacta auctoritatem ei reddemus, et egregium antiquitatis monumentum ex antiquarum literarum naufragio servatum laetabimur, quod quamvis non ad summam perfectionem elaboratum sit, rerum tamen memoriam ex eo aevo transmisit ex quo absque eo multo plura ignoraremus. bene adeo nobiscum actum putabimus, quod in epitomatorum chronographorum adulatorumque istius saeculi grege unus, etsi, si cum priscis illis scriptoribus compares, postremo loco habendus, inter aequales tamen suos facile princeps in manus nostras sospes pervenit, qui calamitates ingruentes in Romanos earumque causas recte aperuit; quo nomine Polybii secundi, quamvis in ceteris virtutibus nequaquam cum eo comparandus, vicem sustinere poterit.

ΖΩΣΙΜΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΝΕΑ.

ΖΩΣΙΜΟΥ

ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟ ΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ ΒΙΒΛΙΑ ʹΕΞ. *)

ZOSIMI

COMITIS ET EXADVOCATI FISCI

HISTORIAE

INTERPRETE LEUNCLAVIO.

REITEMEIERI ARGUMENTUM.

Libri I. *Incrementa imperii Romani intra exiguum temporis spatium facta sunt (c. 1). postquam Graeci eximia contra Persas virtute bellarant, bellis domesticis fracti, a Philippo et Alexandro subacti sunt (2—4). postea ad Romanos summa rerum pervenit, quae unius arbitrio committitur (5). succedentes in imperio Octaviano plerique nulla digni sunt memoratione (6—8). Severus, devictis Albino et Nigro, adversus Persas rem fortiter gessit (8). Antoninus filius eius Macrinum quidem vicit, sed ob infamiam morum interfectus est (9. 10). Alexander, egregie rem publicam administrans, eodem fato periit (11. 12). Maximinus crudelitate saeviens (13—15). Gordiani duo seniores et iunior, qui feliciter bellum cum Parthis gessit, imperio haud indigni (16—18). Philippus (19—21). Decius dum barbaris se opponit, fraude perit praefecti praetorio (22. 23), Galli, qui ei successit, et barbaros vidit fines Romanorum late vastantes (24—27). Aemilianus bello civili interiit (28). Valerianus, quo imperante barbarorum incursionibus ab omni parte factis et tyrannorum multorum imperiis vehementissime res publica quassata est, bello Persico captus apud hostem periit (29—36). Gallienus, iam ante patris*

---

*) *ΒΙΒΛΙΑ ʹΕΞ* om codices. apud Photium (cod. 98) ἱστορικὸν λόγοις ἕξ.

in imperio socius, non valet rebus afflictis succurrere (37—40). *Claudius, fortiter barbaris repulsis, peste maturam obit mortem* (41—46). *Quintillus frater eius sponte vita decessit, haud parem se ratus* (47) *Aureliano, qui et barbaris perdomitis et tyrannis. inprimis Zenobia, deletis, rem publicam non modo servavit sed institutis quoque utilibus recte ordinavit* (48—62). *Tacitus* (63) *et Florianus* (64) *breve tempus imperium tenent. Probus, dignior et rei publicae utilis, seditione militari interimitur.*

Lib. II. Ludorum saecularium, qui, licet rei publicae Romanae salutares, a Diocletiani tamen tempore neglecti sunt, origo et celebrationis ratio. oraculum de eis (c. 1—7). *Diocletiano et Constantio imperatoribus Constantinus a Galerio ad patrem fugit, et eo mortuo succedit in imperio. quo Maxentius commotus Romae tyrannidem occupat* (8 9), *a qua neque Severus Caesar cum copiis missus neque ipse Galerius eum deiicere possunt. hic, Licinio Augusto declarato, gravi morbo vitam finit* (10. 11). *Maxentius Libyae provincias cupiens suo adiungere imperio, Alexandrum, qui ibi purpuram sumpserat, proelio victum capit et necat* (12—14). *simultates ob Maximiniani Herculii mortem inter Maxentium filium eius et Constantinum bellum excitant, quo ille superatus imperium cum vita perdidit* (15. 16). *in bello inter Licinium et Maximinum orto hic victus paulo post mortuus est* (17). *prospere gessit Constantinus primum cum Licinio bellum* (18—20), *et post victoriam de Sarmatis* (21) *secundo bello in potestatem eum acceptum suam necavit* (22—23). *postquam omne imperium penes Constantinum erat, et mores mutat et rei publicae instituta. ritibus patriis spretis ad Christianorum accedit religionem* (29), *novam urbem, Cpolim, sedem imperantium, condit* (30—32), *praefectos praetorii instituit quattuor* (33) *et limites militum nudat praesidio* (34). *filii eius Caesaris dignitatem obtinent; urbis Cpolis magnitudo iam in oraculo quodam fuerat praedicta* (36. 37). *aerario exhausto nova et molesta tributa imponuntur* (38). *ei mortuo succedunt filii* (39).

Crudelitate et invidia auspicia regni eorum sunt insignia. in cognatos saevit Constantius (40), *Constantinus per fratrem perit* (41) *Constantem, qui, crudelis et libidinosus, a Magnentio tyranno e medio tollitur* (42). *Vetranio et Nepotianus imperium affectantes spe excidunt, ille arte Constantii, hic copiis Magnentii oppressi* (43). *bellum cum Persis male gessit Constantius, magis prospere cum Magnentio, qui in eo cum fratre Decentio perit* (44—54). *Gallus, Caesaris dignitate ornatus et Orienti praefectus, per calumnias et imperio privatur et vita* (55).

Lib. III. Germanis Galliam vastantibus Constantius Iulianum, ut his regionibus succurrat, Caesarem facit (c. 1. 2), *qui ut ante litteris, nunc armis nomen sibi comparat; proelio ad Argentoratum superior factus, ipsas barbarorum terras invadit, res Saliorum componit, et ubique, ut supplices pacem petant, barbaros cogit* (3—7). *cuius famae cum inviderei Constantius, consilia quidem de eo opprimendo inibat* (8): *verum milites, quos sibi ab eo mitti iusserat, ipsum Iulianum imperatorem salutant* (9). *pacis condicionibus frustra tentatis, properat cum copiis ex Gallia Iulianus agmine citato, ex Oriente, ubi cum Persis belligerabat, Constantius. hoc autem mortuo antequam copiae concurrerent, Iulianus pergit Cpolim* (10. 11). *rebus bene in urbe compositis expeditionem contra Persas suscipit* (12). *Antiochiae aliquod tempus commoratus, hostium fines ingressus castella urbesque capit. et Tigride traiecto classem incendit. hostibus nusquam in conspectum Romanorum venientibus exercitus commeatus inopia laborat* (13—28). *proelio tandem commisso Iulianus victor ex vulnere animam exspirat* (29).

Iovianus ab exercitu in eius locum imperator constitutus (30) *pacem cum Persis facit* (31) *condicionibus, quales nunquam antea Romani acceperant; multae provinciae hosti traduntur* (31. 32). *imperator redux Nisibim venit, quae aegre se Persis tradi patitur* (33. 34). *iam in ipso itinere Iovianus morbo perit* (35). *Valentinianus Augustus renuntiatur.*

Lib. IV. *Valentinianus Augustus Cpolim pergit et Valentem fratrem in consortium imperii vocat* (c. 1). *cum in rerum novarum suspectos animadversum esset* (2), *provinciis distributis Valentinianus Galliam petit ad motus barbarorum reprimendos* (3), *Valens autem Procopium, qui imperium affectabat, bello victum opprimit* (4—8), *et dum frater adversus Germanos strenue pugnat* (9), *ipse cum Scythis confligit* (10. 11). *Valentinianus Gratianum filium consortem regni adsciscit* (12), *et Valens. contra Persas exercitu ducto, a Theodoro affectati regni suspecto supplicium sumit* (13), *etiam a Fortunatiano quodam cum aliis* (14), *unde magna invidia imperatori conflata* (15). *in tributis exigendis admodum acerbus est Valentinianus, ob quam rem res novas in Africa Firmus molitur* (16). *Valentinianus adversus barbaros profectus suffocatione perit* (17). *sequitur horribilis terrae motus* (18). *a ducibus Valentinianus II, imperatoris mortui filius, imperator dicitur fratre absente* (19). *Valens interim, periculo cum Scythis bello intentus, clade rei publicae gravissima accepta perit* (20—24).

Theodosius a Gratiano rebus Orientis praeficitur (25), *ubi Iulius motus barbarorum oppresserat* (26). *Theodosius rei militaris instituta turbat. deliciis studet et magistratus negligenter constituit* (27. 28). *res publica ad peiora delabitur, decrescente quoque copiarum numero* (29). *Scythae quos receperat, periculosos cient tumultus; repulsos eos a Gratiano Theodosius rursus admittit, alios tamen barbaros vincit* (30—34). *Maximus in Britannia imperium occupat, et occiso Gratiano, qui togam pontificalem primum accipere sprevit, Theodosii amicitiam petit* (35—37). *in Oriente incidunt aliae turbae: Grothingorum motus frangit Promotus* (38. 39), *Tomitarum Gerontius* (40). *Antiochiae seditio oritur* (41). *Maximus Valentinianum quoque aggreditur, qui fuga Orientem petit* (42. 43), *a Theodosio vero, Maximo superato, provinciis occidentalibus imperator redditur* (44—47). *barbaris perdomitis* (48) *luxuriae se dedit Theodosius* (48. 49) *et Rufinum ad summas dignitates extollit, qui illustrissimum quemque virum e medio tollit, Promotum, Tatianum et Proculum* (50—52). *in Occidente Valentinianus Arbogasti insidiis perit. cuius opera Eugenius imperator factus legatos ad Theodosium de amicitia mittit* (53—55). *Theodosius autem, in cuius aula barbarorum duces rixantur* (56), *copiis eductis Eugenium superat* (57. 58), *et Romae cum senatum ad religionem Christianam amplectendam perducere tentasset, e vivis excedit* (59).

Lib. V. *Theodosii filii patri successerant, Arcadius quidem in Oriente, Honorius in Occidente; summa autem rerum penes Rufinum et Stelichonem re vera erat* (c. 1). *Rufinus arrogans et avarus Lucianum crudeliter interimit* (2), *in ambiendo autem filiae cum Arcadio matrimonio spe frustratur* (3). *Stelicho de rebus Orientis consiliis agitatis* (4), *Graeciam ab Alaricho hortatu Rufini vastatam exercitu adversus eum ducto recuperat* (5. 6); *ope Gainae illum e medio tollit* (7). *Eutropius plurimum apud imperatorem gratia valens, viris egregiis invidens, Timasium in exilium mittit, et Bargum. quo accusatore usus erat, paulo post evertit, Abundantiumque aula pellit* (8—10); *persuasu eius Stelicho ab Arcadio proscribitur; provincia Africa. Eutropio Gildonem ad rebellionem perliciente, imperatori Occidentis eripitur* (11). *iam manifestae sunt Eutropii et Stelichonis simultates* (12). *mox Gainas, qui ope*

Tribigildi Orientis provincias perturbabat et diripiebat, ob invidiam Eutropii mortem postulat (13 — 18). *iam ipsius Cpolis potiundae consilium inierat; a Fraiuto autem, duce strenuo, adversus eum vastantem Thraciam misso, vincitur, et cum Istrum traiecisset, ab Hunnis occiditur* (19 — 22). *Cpoli ab Iohanne episcopo tumultus excitantur, odio Augustae avarae* (23. 24). *Isauri praedantur, verum non impune* (25). *Stelicho interea de Illyrico occupando consilia agitarat, dum barbarorum ingens multitudo irruebat; quibus victis* (26) *ne consilia persequeretur, duplex intervenit nuntius, mortis Alarichi, quem in suas partes perduxerat, et rebellionis Constantini in Britannia* (27). *Stelichonis tamen filia Honorio nubit* (28). *Alarichus, cuius mors falso nuntiata erat, Epiro relicta versus Italiam movet, pecuniam poscens a Stelichone sibi promissam* (29). *Honorius Ravennam Roma relicta abit, cum nuntius de Arcadii morte affertur* (30). *contra Stelichonem, qui in Orientem ad res ibi ordinandas profectus erat, calumnias apud imperatorem serit Olympius, homo simulatae pietatis* (31). *milites eo auctore tumultuantur; Stelicho reversus corripitur et necatur, propinqui eius interficiuntur et bona publicantur* (32 — 35). *quo audito Alarichus, cui nondum satisfactum erat, Romam obsidet, persoluto autem ei auro in Tusciam abit* (35 — 42). *legatio Constantini ad Honorium* (43); *altera ad eum senatus Romani, ut promissa Alaricho praestaret, irrita* (44). *is ira incensus Ataulfum cum suis barbaris arcessit* (45). *Olympius accusatur et in Dalmatiam fugit; Generidus autem rei militari praeest* (46). *seditio orta militum Ravennae* (47). *cum Iobius de pace cum Alaricho ageret, condicionibus non acceptis hic iratus pergit ire Romam; paenitentia tamen tactus Alarichus iterum pacem petit* (48 — 51).

Lib. VI. Alarichus, cum sibi ab imperatore satisfactum non esset, cum universis copiis Romam proficiscitur. quo tempore nova Constantini tyranni legatio ad Honorium venit (c. 1). *interea copiae in Britannia rebellantes imperatorem elegerant Marcum et eo occiso Gratianum et post huius necem Constantinum: is cum copiis ad occupandam Galliam traiectis Saro instat, Honorii duci. Constantinus, Alpibus praesidio firmatis, Constantem filium Caesarem dicit et in Hispaniam mittit; ubi victis Theodosii imperatoris affinibus ducem relinquit Gerontium. is graviter ferens alium ducem esse constitutum, impellit barbaros ad defectionem; quo fit ut Britanni Gallique a Romanis desciscant* (2 — 5). *Alarichus, cuius iter iam memoratum est, Romam obsidione circumdat; senatu graves subire condiciones coacto Attalum imperatorem dicit; Ravennam pergit* (6. 7), *unde Honorius re cognita iam fugam in Orientem parat* (8). *cum autem socorde ageret Attalus, maledicta in eum apud Alarichum Iobius serit* (9). *reliquae quidem Italiae civitates Alaricho parere coguntur* (10), *verum Africam defendit Heraclianus. clausis autem portubus fame Romani urgentur* (11); *qua re indignatus Alarichus Attalo purpuram exuit* (12). *pacis novae condicionibus iam agitatis Sarus impedimento est* (13).

Α.

Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἐφάνη δι' αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο, μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν ἀλλὰ καὶ Λιβύην κατακτήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς καταστῆσαι, ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, αὐτόν τε ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλευε ζωγρίᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνην ἰσχὺν αἰτιάσαιτο, Μοιρῶν δὲ ἀνάγκην ἢ ἀστρῴων κινήσεων ἀποκαταστάσεις ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ'

4 *πεντακοσίοις* Casaubonus. 7 *Κάναις* LP (i. e. codices Leunclavianus et Palatinus. eos enim hae litterae indicabunt, ut Heynium *H*, Reitemeierum *R*, Sylburgium *S*). 14 usitatius *ζωγρίαν*. v. Ind.

I.

Polybius ille Megalopolitanus res sui temporis relatione dignas memoriae proditurus recte se facturum existimavit, si per ipsas res gestas ostenderet Romanos post urbem conditam sexcentis annis bella cum finitimis gerendo magnum imperium sibi non parasse. verum ubi parte quadam Italiae potiti essent, eaque post Hannibalis in illam transitum et cladem Cannensem excidissent, ac moenibus ipsis hostes imminentes conspicerent, tantam ad fortunae magnitudinem evecti sunt, ut vix totis quinquaginta et tribus annis non Italiam modo sed universam quoque Africam acquisiverint, et Hispanos in dicionem acceperint; cumque maiora peterent, sinum Ionium transiecerunt, Graecos superarunt, imperio Macedonas privarunt, regem illorum denique vivum captum Romam abduxerunt. quarum sane rerum causam nemo ad vires humanas rettulerit, sed potius ad necessitatem fatalem vel sidereorum motuum revolutiones, vel ipsius dei voluntatem, faventem iis quae a nostro

ἡμῖν μετὰ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον οὖσαν. ταῦτα γὰρ εἱρμόν τινα αἴτιον τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν συμβαίνειν ἐπιτιθέντα, δόξαν τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν ἐμποιεῖ τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν, ὥστε εὐφορίας μὲν συνιούσης ψυχῶν εὐθηνεῖν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζούσης ἐς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα κατενεχθῆναι. χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὃ λέγω διασαφῆσαι.

2. Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχρι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἐλλόγιμον οὐδὲν οἱ Ἕλληνες φαίνονται πεπραχότες οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς οὔτε πρὸς ἕτερον. Δαρείου δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν ὑπάρχων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων ὀκτακισχίλιοι θείᾳ τινὶ ῥοπῇ γενόμενοι κάτοχοι, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν ὥστε ἐννέα μὲν ἀνελεῖν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιῶξαι τῆς χώρας. αὕτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα. Ξέρξου δὲ μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν πολλῷ μείζονι παρασκευασαμένου δυνάμει καὶ πᾶσαν τοῖς Ἕλλησι τὴν Ἀσίαν ἐπαγαγόντος, πληρώσαντός τε τὴν μὲν θάλατταν νεῶν πεζῶν δὲ τὴν γῆν, ἐπειδὴ διαβαίνειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐχρῆν, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν στοιχείων εἰς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος εἰ μὴ καὶ τὰς ἀλλήλων ὑφαρπάσαιεν χρείας, ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος πάροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ

1 fortasse μετὰ τοῦ δικαίου aut κατὰ τὸ δίκαιον. Stephanus. 2 fort. ἐκβαίνειν. Stephanus. 4 an ἐπιτετράφθαι? 5 εὐθηνεῖν *H*: codices εὐσθενεῖν.

arbitrio dependentia secundum ius et aequum suscipiuntur. haec enim, cum seriem quandam futuris imponant, efficientem ut ita evenire videantur, opinionem recte res existimantibus indunt, divina quadam providentia rerum humanarum administrationem sic perscriptam esse, ut fertili quadam animorum veluti segete concurrente vigeant, eorundem invalescente sterilitate ad illam faciem prolapsae sint quae modo conspicitur. erit autem id quod dico rebus ipsis declarandum.

2. Post expeditionem Troianam ad pugnam usque Marathoniam nihil praedicatione dignum Graeci gessisse vel inter se vel adversus alium quemquam videntur: at cum Darius eos opera praefectorum infinitis cum copiis invasisset, octies mille Athenienses, divino quodam impetu animati et armis cuique obviis instructi, cursu contenderunt in hostem, tantaque victoria potiti sunt ut nonaginta milibus interfectis regione sua reliquos expellerent. haec pugna Graecorum res illustriores reddidit. cum vero post Darii mortem Xerxes multo maioribus copiis instructus universam Graecis invexisset Asiam, et navibus mare, terram peditibus complesset, quandoquidem ex Asia transeundum erat in Europam, quasi non ipsa sufficerent ad excipiendum exercitum elementa nisi suos in vicem usus sibi praeriperent, Hellespontus iungebatur, ut per eum pedites iter facerent, et Athos perfodiebatur, ut cum mari

Ἄθως ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενος. ἐκπεπληγμένη δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἡ Ἑλλὰς ἐκ τῶν ὄντων ὅμως παρεσκευάζετο, ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ καὶ πάλιν ἐν Σαλαμῖνι γενομένης τοσούτῳ λαμπροτέρᾳ τῆς προτέρας ἐχρήσατο νίκῃ ὥστε Ξέρξην μὲν ἀγαπητῶς περισωθέντα φυγεῖν, τὸ πλεῖστον τῆς δυνάμεως ἀποβαλόντα, τοὺς δὲ περιλελειμμένους ἐν Πλαταιαῖς ἄρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἕλλησι δόξαν καταλιπεῖν, δι᾽ ἧς καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν νήσων ἐκράτησαν.

3. Εἰ μὲν οὖν ἐφ᾽ ἑαυτῶν διετέλεσαν ὄντες καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι, καὶ μὴ διέστησαν Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονεικοῦντες, οὐκ ἂν ἕτεροί ποτε τῆς Ἑλλάδος ἐγένοντο κύριοι· τοῦ δὲ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὰς δυνάμεις τοῖς Ἕλλησιν ἐλαττώσαντος, περιστήσαντός τε εἰς χρημάτων ἀπορίαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππῳ τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν, τέχναις τισὶ καὶ περινοίαις αὐξῆσαι· χρήμασι γὰρ τὰς οὔσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι προσεγίνοντο θεραπεύων, οὕτω τε μέγας ἐκ μικροῦ γεγονώς, τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μετὰ τὴν νίκην χειροήθως καὶ ἠπίως προσενεχθεὶς ἤδη καὶ τῇ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο, δύναμίν τε ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγὼν ἐν παρασκευαῖς τὸν βίον ἀπέλιπεν.

naves exciperet. interim territa vel ipsa rei fama Graecia tamen, quantum poterat, semet armabat. cumque proelio navali ad Artemisium et iterum ad Salaminem pugnatum esset, tanto splendidiore potita est victoria quam prior illa fuerat, ut Xerxes aegre servatus fuga sibi consuleret, maxima parte copiarum amissa, reliqui funditus ad Plataeas deleti magnam Graecis gloriam relinquerent, qua et incolentibus Asiam Graecis libertatem restituerunt et insulis propemodum universis potiti sunt.

τῷ Μαξίμῳ ῥᾴονα κατάστήσας. ὅπερ ὁ Μάξιμος προϊδόμενος, καὶ ἐπὶ τούτῳ πάντα κατασκευάσας, ἐπηκολούθησε πανστρατιᾷ, μεθ᾽ ἡσυχίας προπέμψας κατὰ τὴν ὁδὸν φύλακας, οἳ πᾶσαν ἐποιοῦντο φροντίδα τοῦ μηδένα παραδραμόντα τὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν Μαξίμου διάβασιν τοῖς ἀμφὶ Δομνῖνον ἀγγεῖλαι. καὶ ἦν ἡ τοιαύτη φυλακὴ λίαν εὔκολος· οὐδὲ γὰρ ἦν οἷόν τε λαθεῖν τοὺς διὰ τοῦ στενωτάτου τῶν Ἄλπεων ἰόντας. ὅτε τοίνυν ἔγνω τοὺς ἀμφὶ τὸν Δομνῖνον τὰ στενώτατα τῶν Ἄλπεων καὶ τὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα διελθόντας, ἤδη δὲ καὶ τὰ μετὰ τὰς Ἄλπεις, ὅσα ἦν ἑλώδη καὶ δυσχέρειαν ἐμποιοῦντα στρατοπέδῳ πολέμιον στῖφος ἐναντιωσόμενον ἐν δυσχωρίαις εὑρήσειν ἐλπίζοντι, τότε δὴ σὺν παντὶ τάχει τὴν Ἰταλίαν, οὐδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, καταλαβὼν τῇ Ἀκυληΐᾳ προσάγει.

43. Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τῷ αἰφνιδίῳ καὶ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα καταπλαγέντος, δέος εἰσῄει τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν μὴ καὶ ζωγρίαν ἑλὼν ὁ Μάξιμος διαχρήσηται. τότε δὴ νεὼς ἐπιβὰς ἐπὶ τὴν Θεσσαλονίκην ἀπῇρε. συναπέπλει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ Ἰουστῖνα, Μαγνεντίῳ μέν, ὡς εἴρηταί μοι, πρότερον συνοικήσασα, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου καθαίρεσιν Οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ διὰ κάλλους ὑπερβολὴν συναφθεῖσα, καὶ τὴν θυγατέρα Γάλλαν ἐπαγομένη. διαπλεύσαντες δὲ τὰ τοσαῦτα πελάγη καὶ τῇ Θεσσαλονίκῃ προσορμισθέντες πρεσβείᾳ πρὸς Θεοδόσιον ἐχρῶντο τὸν βασιλέα, νῦν γοῦν αὐτὸν τῇ κατὰ παντὸς τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ γένους ἀσελγείᾳ

15 **καταπλαγέντος S**: vulgo **καταστάντος**.

Maximo faciliorem reddidit. quod Maximus futurum prospiciens, eaque de causa cunctis apparatis rebus, universis cum copiis subsecutus est, tacite praemissis in itinere custodibus, qui omnem curam adhibebant ne cursu quis praetergressus Maximi transitum in Italiam Domnini comitibus nuntiaret. ac huiusmodi custodia perfacilis erat. nec enim latere poterant qui parte Alpium artissima proficiscebantur. cum igitur intelligeret Domninum cum suis copiis, qua sunt angustissimae, inviosque montes penetrasse, cum iis praeterea locis, quae trans Alpes erant palustria et difficultatem obiiciebant militum copiis, quibus ne hostile agmen offenderent timendum erat, omni cum celeritate Italiam, nemine praepediente, ingressus Aquileiam copias ducit.

43. Valentiniano tam repentino casu extra spem omnem constituto, formidare coeperunt eius familiares ne Maximus eum vivum in potestatem redactum occideret. quapropter navem ingressus Thessalonicam abiit, socia navigationis Iustina matre; quae Magnentium prius maritum habuerat, ut ante diximus, et illo sublato propter eximiam formae venustatem Valentiniano principi iuncta matrimonio fuerat. haec Gallam quoque filiam secum abducebat. cum tot emensi maria Thessalonicam appulissent, legatione ad imperatorem Theodosium missa rogant ut saltim nunc insolentiam adversus omnem Valentiniani familiam exercitam vindicaret. Theodosius ad ipsam

τιμωρῆσαι παρακαλοῦντες. ὁ δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἐκπλαγεὶς λήθην μέν τινα τῆς ἄγαν ἐποιεῖτο τρυφῆς καὶ τῇ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐνεδίδου μανίᾳ, βουλῆς δὲ προτεθείσης ἐδόκει τὴν Θεσσαλονίκην αὐτὸν ἅμα τισὶ τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας καταλαβεῖν. οὗ δὴ γενομένου τελεία περὶ τοῦ πρακτέου προετίθετο γνώμη, καὶ κοινῷ δόγματι συνεδόκει τοῖς Μαξίμῳ πεπλημμελημένοις ἐπεξελθεῖν· μὴ γὰρ εἶναι βιωτὸν ἀνθρώπῳ Γρατιανὸν μὲν ἀνελόντι καὶ τὴν βασιλείαν οἰκειωσαμένῳ τὴν τούτου, καὶ ἐπειδὴ τοῦτο προεχώρησεν, ὁδῷ προελθόντι καὶ τῆς λελειμμένης ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου παρελομένῳ. (44) τούτοις δυσαρεστήσας ὁ Θεοδόσιος διά τε τὴν ἔμφυτον μαλακίαν καὶ τὴν τῆς προλαβούσης διαίτης ἐκμέλειαν ὤκνει πρὸς τὸν πόλεμον, τὰ ἐκ τῶν ἐμφυλίων κακὰ φέρων εἰς μέσον, καὶ ὡς ἀνάγκη πᾶσα τὰ κοινὰ πλήττεσθαι καιρίαις πληγαῖς ἀμφοτέρωθεν· ὅθεν ἔφασκε δεῖν πρότερον διακηρυκεύεσθαι, καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο Οὐαλεντινιανῷ Μάξιμος ἀποδοῦναι τὴν βασιλείαν καὶ ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα τὴν ἀρχὴν εἰς ἅπαντας διῃρῆσθαι, πλεονεξίᾳ δὲ κρατούμενον αὐτὸν καταπολεμήσειν ἀπροφασίστως. τούτοις ἀντιφθέγγεσθαι μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας ἐθάρρει, δοκοῦσί πως κοινῇ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελεῖν· Ἰουστῖνα δὲ οὔτε πραγμάτων ἄπειρος οὖσα οὔτε πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ἄπορος, ἐπισταμένη τὸ Θεοδοσίου περὶ τὰς ἐρωτικὰς ἐπιθυμίας ἐπιρρεπές, ἐφιστᾷ τε τὴν θυγατέρα Γάλλαν ἐξαισίῳ διαπρέπουσαν κάλλει, καὶ τῶν γονάτων ἐπι-

12 ὀκνεῖ vulgo.

rei famam obstupefactus luxus illius nimii obliviscitur, et paulum de insano voluptatum studio remittit. habito deinde consilio visum ut ipse cum nonnullis e senatu Thessalonicam se conferret. hoc ubi factum fuit, de integro consultatur quid agendum esset; communique decreto placuit ut a Maximo patrata facinora punirentur: non enim illi homini vitam amplius concedendam, qui et Gratianum occidisset eiusque regnum usurpasset, et hunc successum adeptus via quasi quadam progressus fuisset ac fratrem illius relicto sibi principatu exuisset. (44) offensus his Theodosius, ob insitam a natura mollitiem et hactenus actae vitae socordiam, ad bellum hoc segniorem se praebet, afferens in medium ea mala quae de bellis civilibus proveniunt; simulque ostendens necessario rem publicam in his utrinque letales plagas accipere. quapropter aiebat prius legatos esse mittendos: ac si quidem Valentiniano Maximus imperium restituere mallet et quietem amplecti, secundum formam pristinam in omnes imperium dividendum esse, sin ab avaritia se vinci pateretur, citra tergiversationem ullam bello persequendum. adversus haec nemo quidem e senatu proferre quicquam audebat, quod aliquo modo rei publicae conducibilia viderentur. Iustina vero, nec rerum usu destituta nec inops consilii ad inveniendum id quod expediret, cum Theodosii pronum ad amores animum nosset, Gallam filiam suam, eximia forma praestantem,

λαβομένη τοῦ βασιλέως ἱκέτευε μήτε τὸν Γρατιανοῦ τοῦ δεδωκότος οἱ τὴν βασιλείαν θάνατον περιιδεῖν ἀτιμώρητον, μήτε σφᾶς εἰκῇ κειμένους ἐᾶσαι, πάσης ἐκπεπτωκότας ἐλπίδος. καὶ ταῦτα λέγουσα τὴν κόρην ὀδυρομένην ἐδείκνυ καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀποκλαίουσαν τύχην. τούτων ἀκούσας ὁ Θεοδόσιος, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τοῦ τῆς κόρης κάλλους ἁλούς, παρέφαινε μὲν καὶ τῷ βλέμματι τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς κόρης πληγήν, ἀνεβάλλετο δὲ τὸ πρακτέον, χρηστὰς ἔχειν αὐταῖς ὑποφαίνων ἐλπίδας. ὡς δὲ πλέον ἐπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ἰουστῖναν μετελθὼν ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον οἷα Πλακίλλης τῆς πρότερον αὐτῷ γημαμένης ἀπαλλαγείσης. οὐκ ἄλλως δὲ ἔφασκε δώσειν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Μαξίμου ἀράμενος τῇ τε Γρατιανοῦ τιμωρήσειεν ἀναιρέσει καὶ Οὐαλεντινιανῷ πάλιν ἀποδοίη τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν. ἐπὶ τούτοις ἔτυχέ τε τοῦ γάμου καὶ ταῖς τοῦ πολέμου παρασκευαῖς ὅλον ἑαυτὸν ἐνεδίδου, καὶ συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς γυναικὸς τό τε στρατιωτικὸν ἐφιλοφρονεῖτο σιτήσεων ἐπιδόσεσι, καὶ τὴν ἄλλην ἐκμέλειαν ὑπὸ τῆς χρείας ἀναγκαζόμενος ἐπηνώρθου, διαθεῖναί τε τὰ μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν αὐτοῦ δεησόμενα προνοίας ἐγνώκει.

a. 388 45. Διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Κυνήγιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἔτυχε τεθνεώς, ὅν τινα δέοι προστήσασθαι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ἀνεζήτει, καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνασκοπήσας εὗρε τὸ τελευταῖον ἄνδρα πρὸς τοῦτο ἁρμό-

8 ὑπεσμύχετο Hemsterhus. ad Lucian. t. 1 p. 352. 10 aliis *Flacilla* aut *Placidia*. 11 post τὸν κατὰ Μαξίμου deest πόλεμον, aut simile quodpiam nomen. *S.* 17 τὰ] libri καὶ.

coram eo statuit, et genua principis amplexa suppliciter obsecrat ne Gratiani, qui largitus ei fuisset imperium, caedem inultam relinqueret, neve se neglectos iacere sineret, omni spe destitutos. quae proferens puellam illacrumantem et fortunam suam deplorantem ei commonstrat. his Theodosius auditis, simulque puellae pulchritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum ex puellae forma vulnus satis ille quidem prodebat, sed differebat tamen id quod esset agendum, significans ei uti spes bonas animis conciperent. cum autem puellae desiderio magis in dies ureretur, conventa Iustina filiam eius in matrimonium sibi dari petit: nam Placilla, quae cum eo prius fuerat nupta, diem suum obierat. ea vero se non aliter ait hanc ei daturam, nisi bello contra Maximum suscepto Gratiani caedem ultus esset et Valentiniano patritum imperium restituisset. his ille condicionibus et impetrat nuptias et apparando bello totus incumbit. quin et impulsus a muliere militum animos auctis annonarum stipendiis demulcet, et reliquam segnitiem sic usu exigente corrigit ut etiam ea sibi disponenda statueret, quae post abitum ipsius aliquam flagitatura providentiam essent.

45. Ob eam causam mortuo in itinere Cynegio, praefecto praetorii, cum ex Aegypto reverteretur, quemnam praefectum praetorii constitueret dispiciebat. cumque multos multoties considerasset, tandem virum ad hoc

διον. μετακαλέσας τοίνυν ἐκ τῆς Ἀκυληΐας Τατιανόν, ἤδη μὲν ἄλλας ἐπὶ Οὐάλεντος ἐγκεχειρισμένον ἀρχάς, ἄνδρα δὲ ἐν πᾶσι σπουδαῖον, ἀναδείκνυσι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα πέμψας αὐτῷ τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ Πρόκλον τῆς πόλεως ὕπαρχον κατέστησεν. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εὖ διεγένετο, τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἀνδράσι τοιούτοις ἐκδεδωκὼς οἳ καὶ παρὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν τὰ τῶν ὑπηκόων ἄριστα δυνήσονται διαθεῖναι· τοῖς δὲ στρατιώταις, ἱππεῦσι μὲν Πρόμωτον, πεζοῖς δὲ Τιμάσιον ἐπέστησεν. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἔξοδον οὐδὲν ἐλλείπειν ἐδόκει, λόγος ἐνέπεσε ταῖς βασιλέως ἀκοαῖς ὡς οἱ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς τέλεσιν ἀναμεμιγμένοι βάρβαροι δωρεῶν ὑποσχέσει μεγάλων παρὰ Μαξίμου περὶ προδοσίας ἐδέξαντο λόγους, αἰσθόμενοι δὲ ὡς περίπυστον γέγονε, περὶ τὰ τέλματα καὶ τὰς ἐν Μακεδονίᾳ λίμνας συνέφυγον, τοῖς αὐτόθι δάσεσιν ἑαυτοὺς ἀποκρύπτοντες· ἐν οἷς διωκόμενοι καὶ διὰ πάσης ἀναζητούμενοι μηχανῆς κατὰ τὸ πολὺ διεφθάρησαν μέρος, ὥστε τὸν βασιλέα τούτου τοῦ δέους ἀπαλλαγέντα σπουδῇ πάσῃ καὶ πανστρατιᾷ κατὰ Μαξίμου χωρῆσαι. Ἰουστῖναν μὲν οὖν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ θυγατρὶ ναυσὶν ἐμβαλὼν καὶ τοῖς ἀσφαλῶς παραπέμπουσιν παραδοὺς εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπεν (ἐπεπιστεύκει γὰρ ὡς ἀσμενέστατα Ῥωμαῖοι δέξονται τούτους, ἀλλοτριούμενοι Μαξίμου ταῖς γνώμαις), αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ στρατῷ διὰ Παιονίας τῆς ἄνω καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν αὐτὴν ἐλάσαι διενοεῖτο καὶ ἐπελθεῖν ἀπαρασκεύῳ τῷ πολεμίῳ.

4 allis *Proculus*. 13 περὶ] ἐπὶ?

idoneum repperit. arcessitum igitur Aquileia Tatianum, qui et alios sub Valente magistratus gesserat et erat in omnibus virtute singulari praeditus, praetorii praefectum in patria declarat; et missis ad eum magistratus insignibus filio ipsius Proculo praeturam urbanam tradit. enimvero praeclare se hic gessit, amplissimis magistratibus eiusmodi viris commissis, qui etiam post abitum principis optime res subditorum administrare possent. militum vero copiis equestribus Promotum, pedestribus Timasium praeficit. cum autem nihil ad profectionem amplius deesse videretur, ad aures imperatoris rumor est allatus, permistos Romanis legionibus barbaros magnis muneribus promissis a Maximo de proditione sollicitatos. animadvertentes autem illi eius rei famam iam emanasse, versus paludes et lacus in Macedonia confugiunt, et in eorum locorum saltibus semet occultant; in quibus cum eos alii persequerentur et quavis arte perquirerent, maiori ex parte perierunt, adeo quidem ut imperator hoc metu liberatus omni studio et omnibus cum copiis contra Maximum pergeret. Iustinam quidem cum filio et filia navibus impositam et tuto deducturis traditam Romam ablegat, persuasus Romanos lubentissimis animis hos excepturos, quorum a Maximo voluntates essent alienae. ipse cum exercitu per superiorem Pannoniam et Apenninos montes Aquileiam contendere et imparatum hostem aggredi cogitabat.

46. Ταύτῃ τῇ πορείᾳ χρωμένου Θεοδοσίου, πυθόμενος Μάξιμος ὡς ἡ Οὐαλεντινιανοῦ μήτηρ ἅμα τοῖς παισὶν διαβαίνειν μέλλοι τὸν Ἰόνιον κόλπον, ταχυναυτοῦντα πλοῖα συναγαγὼν καὶ Ἀνδραγαθίῳ παραδοὺς ἐπὶ τὴν τούτων ἔστελλε θήραν. ὁ δὲ περιπλεύσας ἁπανταχοῦ καὶ τῆς πείρας διαμαρτὼν (ἔφθησαν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Ἰόνιον περαιωθῆναι πορθμόν), δύναμιν ἀρκοῦσαν συναγαγὼν πάντα περιέπλει τὰ ἐκεῖσε, ναυτικῇ δυνάμει Θεοδόσιον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. ὄντος δὲ ἐν τούτοις Ἀνδραγαθίου, διελθὼν Παιονίαν καὶ τὰς ἐν τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι πύλας ὁ Θεοδόσιος ἀπροσδοκήτοις ἅμα καὶ ἀφυλάκτοις τοῖς ἀμφὶ τὸν Μάξιμον ἐπιτίθεται. μέρους δέ τινος τοῦ στρατοπέδου σὺν ὀξυτάτῃ ῥύμῃ τοῖς τῆς Ἀκυληΐας τείχεσι προσπεσόντος καὶ βιασαμένου τὴν διὰ τῶν πυλῶν εἴσοδον (ἀντιστῆναι γὰρ αὐτοῖς οὐχ οἷοί τε γεγόνασιν οἱ φυλάττοντες ὄντες ὀλίγοι) Μάξιμος μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου κατήγετο θρόνου, χρήματα διανέμειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις ἀρξάμενος, γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος Θεοδοσίῳ προσήγετο. ὁ δὲ βραχέα τῶν κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῷ πεπλημμελημένων ἐν ὀνείδους μέρει διεξελθὼν τῷ δημίῳ παρέδωκε, τὴν ὀφειλομένην ἐκτίσοντα δίκην. Μαξίμῳ μὲν οὖν τοῦτο τοῦ βίου καὶ τῆς τυραννίδος ἐγένετο τέλος, ἅμα τῷ κατὰ Οὐαλεντινιανοῦ προτερήματι πᾶσαν ἕξειν ἀκονιτὶ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὀνειροπολήσαντι· (47) Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς ὅτι διαβαίνων τὰς Ἄλπεις ὁ Μάξιμος Βίκτωρα τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν αὐτόθι τῇ

15 post θρόνου in LP. legitur οὖ. 21 τῶν] τὴν?

46. Dum hoc Theodosius iter tenet, audiens Maximus Valentiniani matrem cum liberis sinum Ionium transiecturam, collectis velocibus et expeditis navigiis, ac iisdem Andragathio traditis, hominem ad illos velut indagine capiendos dimittit. is in omnem partem navigiis circumvectus propositum tenere non potuit, quod illi iam ante fretum Ionium transmisissent. inde satis magnis copiis coactis omnia passim in iis locis circumnavigabat, quod Theodosium exercitu navali bellum facturum existimaret. at Theodosius, his rebus intento Andragathio, per Pannoniam portasque montium Apenninorum progressus nec opinantes et incautos Maximianos adoritur. cumque pars quaedam exercitus impetu celerrimo ad Aquileiae muros accessisset, aditumque vi sibi per portas aperuisset (quippe non poterant eis custodes, perquam pauci numero, resistere), Maximus imperatorio solio deturbatur, cum pecuniam in milites suos partiri coepisset. habitu imperatorio exutus ad Theodosium deducitur. is paucis, quaecunque contra rem publicam deliquisset, velut exprobrationis loco recensitis, hominem carnifici tradit, meritam poenam luiturum hunc Maximus vitae pariter ac tyrannidis exitum habuit, qui astu superato Valentiniano citra laborem omni se potiturum imperio Romano somniaverat. (47) quia vero Theodosius imperator audierat Maximum transeuntem Alpes filium Victorem, dignitate Caesaris ornatum,

τοῦ Καίσαρος ἀξίᾳ τετιμημένον, Ἀρβογάστην ἔστειλε παραχρῆμα τὸν στρατηγόν, ὃς παρέλυσέ τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπέκτεινε τὸ μειράκιον. τούτων ἀπαγγελθέντων Ἀνδραγαθίῳ τὰ περὶ τὸν Ἰόνιον διερευνωμένῳ πορθμόν, ὅτι μυρίοις περιπεσεῖται κακοῖς ἐπιστάμενος, οὐκ ἀναμείνας τοὺς ἐπιθησομένους αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπέθηκεν, καθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν τὸ σῶμα καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐκδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἢ τοῖς ἐχθίστοις ἑλόμενος.

Τὴν μὲν οὖν βασιλείαν πᾶσαν Οὐαλεντινιανῷ παρέδωκεν, ὅσην ἔτυχεν ἔχων ὁ τούτου πατήρ, καὶ τοῦτο περὶ τοὺς εὐεργέτας καθῆκον ἔδοξεν εἶναι· τῶν δὲ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατευσαμένων ὅσον ἦν ἐπίλεκτον μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλαβών, ἀφῆκε μὲν ἐκεῖνον τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Κελτοὺς καὶ ὅσα τῆς ἐπικρατείας ἦν τῆς αὐτοῦ διαθήσοντα. συνῆν δὲ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῷ, τὸ ἐλλεῖπον ἐν φρονήσει διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, καθ' ὅσον γυναικὶ δυνατὸν ἦν, ἐκπληροῦσα.

48. Αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐπανελθὼν οὐ τὴν τυχοῦσαν εὗρεν ἐν τοῖς Μακεδόνων πράγμασι ταραχήν. ὅσοι γὰρ τῶν βαρβάρων ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς περὶ τὰς λίμνας ὕλαις ἑαυτοὺς ἀποκρύψαντες ἐκ τῆς προτέρας τῶν Ῥωμαίων ἐφόδου περιεσώθησαν, τῆς περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἀσχολίας Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως λαβόμενοι τὰ Μακεδόνων καὶ Θεσσαλῶν ἐληΐζοντο, μηδενὸς αὐτοῖς ἐναντιωθέντος. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς νίκης αὐτοῖς καὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ βασιλέως ἠγγέλθη, τοῖς ἕλεσιν αὖθις

apud transalpinas gentes reliquisse, confestim Arbogastem magistrum militum mittit, qui et imperio deiecit adulescentulum et interfecit. his Andragathio nuntiatis, qui navibus fretum Ionium scrutabatur, quod infinita se perpessurum mala sciret, non exspectato hostium adventu ipse sibi supplicium intulit, praecipitato in mare corpore, cui se credere quam inimicissimis mallet.

Theodosius autem universum imperium Valentiniano tradidit, quantum quidem ipsius olim pater habuerat; quod sane visum est ex officio erga bene meritos fieri. ex iis vero qui Maximo militaverant, quicquid selectum erat, inter suos rettulit; ac Valentiniano permisit ut res Italicas Celticas et alias imperii sui disponeret; cui quidem et mater aderat, quae quicquid ob aetatis imbecillitatem filii prudentiae deesset, quantum a muliere praestari poterat, supplebat.

48. Ipse Thessalonicam reversus non levem in rebus Macedonum perturbationem repperit. quotquot enim barbari, intra paludes et vicinas stagnis silvas abditi, de priore Romanorum impressione salvi evaserant, occupationem Theodosii principis in bello civili occasionis nacti loco, in Macedonum Thessalorumque fortunas nemine resistente grassabantur. postea vero quam fama victoriae reditusque principis ad eos perlata fuisset, rursus in paludes

ἑαυτοὺς ἐναπέκρυψαν, αὐτόθεν τε λαθραίως ἐπανιστάμενοι, τα ἐν ποσί τε ἄγοντες καὶ φέροντες, ἡμέρας ἐπιφαινομένης ἐπὶ τοὺς συνήθεις τόπους ἐχώρουν, ὥστε περιῆν τῷ βασιλεῖ λογίζεσθαι φάσματα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους εἶναι τοὺς ἐπιόντας. ἀπορῶν τοίνυν ἐκοινώσατο μὲν οὐδενὶ τὸ πρακτέον, ἀναλαβὼν δὲ ἄχρι πέντε ἱππέων τὸν ἀριθμόν, καὶ ἑκάστῳ τρεῖς ἵππους ἢ τέσσαρας ἕλκειν ἀπὸ ῥυτῆρος εἰπών, ὥστε ἐπειδὰν ὁ τὸν ἱππέα φέρων ἵππος ἀπείποι τῷ πόνῳ, μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν ἕτερον, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ πρὸς πᾶσαν ἀρκέσαι τοὺς ἵππους κακοπάθειαν ἧς κατὰ νοῦν ἔλαβεν ἐγχειρήσεως, οὐδενὶ τῶν θεωμένων ὅτι βασιλεὺς εἴη διδοὺς ὑποπτεύειν, περιενόστει τοὺς ἀγρούς, καὶ εἴ που τροφῆς ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ δεηθείη, παρὰ τῶν ἀγροίκων αἰτῶν, ἐνέτυχε καταλύματι βραχεῖ παρὰ γραὸς οἰκουμένῳ, καὶ στέγης αὐτῷ μεταδοθῆναι καὶ ποτοῦ παρεκάλει. τῆς δὲ γραὸς φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης, οἴνου τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἔτυχεν ἔχουσα μεταδούσης, ἐπειδὴ νὺξ ἐγένετο, αὐτόθι καθεύδειν ἐδεῖτο. τῆς δὲ πρεσβύτιδος καὶ πρὸς τοῦτο ἐνδούσης, κείμενος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι μέρει τῆς καταλύσεως ἄνθρωπον ἐθεάσατο φθεγγόμενον μὲν οὐδὲ ἕν, ἐοικότα δὲ λανθάνειν ἐθέλοντι. καὶ τοῦτο θαυμάσας ὡς αὑτὸν ἐκάλει τὴν γραῦν, καὶ ἐπυνθάνετο τίς εἴη καὶ πόθεν. τῆς δὲ ἀγνοεῖν εἰπούσης, καὶ κατὰ ποίαν ἀφίκετο χρείαν, τοῦτο δὲ εἰδέναι φασκούσης ὅτι γε ἀφ᾽ οὗ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐπαν-

1 mallet fortasse aliquis ἀπανιστάμενοι, sed ἐπανιστάμενοι sincera est scriptura; id est, *insurgentes adversus viatores*, seu adorientes, ἐπιθέμενοι. *S.*

semet abdebant, et hinc clanculum egressi, cum primum dies illuxisset, obvia quaevis agebant ferebant, atque ita deinde ad loca consueta se recipiebant, adeo quidem ut de cetero principis animum subiret cogitatio, spectra potius quam homines hos invasores esse. quapropter anceps animi, cum nemine re communicata quam moliebatur, equitibus numero quinque secum sumptis, eorum quemque tres aut quattuor equos loro ducere iussit, ut ubi sessorem gestans equus defatigatus esset, in alium se reciperet, eoque modo quemvis ad laborem perferendum in eo conatu, quem animo concepisset, equi sufficerent. nemini vero se adspicienti quicquam suspicionis praebens, quasi esset imperator, agros circumibat; et sicubi cibo cum suis indigeret, a rusticis eum petebat. tandem perexiguum ad deversorium venit, in quo degebat anus quaedam; a qua tecto recipi potumque sibi praeberi postulat. cum anus eum comiter suscepisset, vinumque cum aliis quae forte tum habebat impertiisset, quandoquidem nox appetebat, ibidem ut dormiret orat. hoc etiam ab anu impetrato, princeps in parte deversorii quadam cubans hominem conspicit, qui nihil omnino loquebatur et latitare volenti similis erat. quod admiratus anum ad se vocat, et ille quis esset, aut unde, quaerit. ea respondere se tum hoc, tum cuius rei causa venisset, ignorare: verum hoc se scire fateri, ex quo tempore Theodosium imperatorem cum exer-

εἶναι μετὰ τῆς στρατιᾶς ἠγγέλθη, καταλύσας παρ' αὐτῇ καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς τροφῆς τιμὴν ἑκάστης ἡμέρας ἀποδιδούς, τὴν ἡμέραν ἅπασαν τῆς οἰκίας ἐξιών, ὅποι βούλεταί τε περινοστῶν, νυκτὸς ἐπαγομένης ἐπανιὼν ὥσπερ ἐκ κόπου τροφῆς τε μεταλαμβάνει καὶ κεῖται κατὰ τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα, ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, τεκμαιρόμενός τε ὡς οὐ προσήκει τοὺς τῆς πρεσβύτιδος λόγους ἀνεξετάστους καταλιπεῖν, συναρπάσας τὸν ἄνθρωπον ὅστις εἴη λέγειν ἀπῄτει. τοῦ δὲ οὐδὲν ἀνασχομένου παντάπασιν ἀποκρίνασθαι βάσανοι διὰ μαστίγων ἐπῆγοντο. τοῦ δὲ μηδὲ τῇ διὰ τούτων ἐνδόντος ἀνάγκῃ, ξίφεσιν ἀμύττειν αὐτῷ τὸ σῶμα τοῖς ἱππεῦσιν ἐνεκελεύετο, προσθεὶς ὅτι αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος εἴη. καὶ ὃς τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων βαρβάρων εἶναι κατάσκοπος ἔλεγεν, ἀπαγγέλλειν τε αὐτοῖς ὅποι εἴη καὶ ποίοις ἐπιέναι τόποις ἢ ἀνδράσι προσήκει. τούτου μὲν οὖν παραχρῆμα ἀπέτεμε τὴν κεφαλήν, ἐλάσας δὲ πρὸς τὸ στρατόπεδον οὐ πόρρωθεν αὐλιζόμενον ἄγει τε αὐτοὺς ἔνθα ἔγνω τοὺς βαρβάρους ἐνδιαιτᾶσθαι, σὺν αὐτοῖς τε ἐπιπεσὼν ἡβηδὸν πάντας διέφθειρε, τοὺς μὲν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένους ἐξάγων, τοὺς δὲ καὶ ἐν τοῖς ὕδασιν ἀποσφάττων, ὥστε φόνον τῶν βαρβάρων γενέσθαι πολύν.

49. *Ὁ δὲ στρατηγὸς Τιμάσιος, τοῦ βασιλέως ἀγασθεὶς τὴν ἀνδρίαν, ἀσίτοις οὖσι τοῖς στρατιώταις καὶ οὐκέτι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς τέλμασι πόνους ἀρκεῖν δυναμένοις τροφῆς ἠξίου συγχωρη-*

2 *ἐκστάσης* LP. 12 *ὃς* om LP.

citu reversum esse nuntiatum fuerit, hunc hominem apud se devertere, ac singulos in dies persoluto victus pretio, diem totum domo egressum, et quocunque lubitum sit circumeuntem, adventante nocte reverti velut a labore, cibumque sumere, atque illum in modum cubare, veluti iam conspiceretur. his auditis imperator, qui haec anus indicia minime relinquenda coniiceret inexplorata, correptum hominem dicere iubet quisnam esset. illo nihil omnino proloqui auso, quaestiones flagris admotis instituebantur. cum ne huic quidem adhibitae vi cederet, equitibus imperat, gladiis corpus eius pungerent, adiecto se Theodosium imperatorem esse. tum ille barbarorum in paludibus abditorum exploratorem se dicere, quibus renuntiaret ubinam locorum esset, et quae regiones quive homines essent invadendi. confestim huic abscissum caput; et profectus ad exercitum princeps, qui non longe ab eo loco in castris erat, milites eo deducit ubi degere barbaros cognoverat; cumque suis in illos irruens omnes cuiusvis aetatis interficit, ac partim in paludibus abditos extrahit, partim in ipsis aquis iugulat, ita quidem ut ingens barbarorum caedes ederetur.

49. Dux vero Timasius, imperatoris fortitudinem admiratus, ut militibus adhuc ieiunis, qui non amplius sufficere laboribus illis per paludes exantlandis possent, sumendi cibi spatium concederetur rogat. cum im-

θῆναι μεταλαβεῖν. τοῦ δὲ ἐνδόντος ἡ μὲν σάλπιγξ ἠχοῦσα τὸ ἀνακλητικὸν ἀφίστη τοὺς στρατιώτας τοῦ ἔργου καὶ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων ἐπιφορᾶς, ἀναχωρήσαντες δὲ ἐπὶ τὴν εὐωχίαν καὶ ταύτης ἐμφορηθέντες, οἴνῳ τε καὶ πόνῳ συνειλημμένοι, βαθύτατον ἐκάθευδον ὕπνον. ὅπερ αἰσθόμενοι τῶν βαρβάρων οἱ περιλελειμμένοι ὅπλα τε ἀνέλαβον, καὶ προσπεσόντες ὕπνῳ καὶ μέθῃ τοῖς στρατιώταις κεκρατημένοις κατεκέντουν δόρασί τε καὶ ξίφεσι καὶ παντὶ τῷ πρὸς φόνον ἀρκοῦντι. συνανῄρητο δ᾽ ἂν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτός, εἰ μή τινες τῶν οὔπω θοίνης μεταλαβόντων ἔδραμον ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν, τὸ συμβὰν ἐξαγγέλλοντες· ἐφ᾽ οἷς αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ταραχθέντες φυγῇ τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι. φεύγουσι δὲ αὐτοῖς ὑπαντήσας Πρόμωτος (ἔτυχε γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως μετάπεμπτος γεγονὼς) τὸν μὲν βασιλέα περισώζειν αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἠξίου· τῶν γὰρ βαρβάρων αὐτῷ μελήσειν, ἀξίαν τῆς αὐτῶν ἀπονοίας ἐπιθήσοντι δίκην. καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ἐπῄει, καὶ εὑρὼν ἔτι τοῖς καθεύδουσιν ἐγκειμένους ἐπῆλθε μετὰ πάσης ὀξύτητος, καὶ τοσούτους ἀνεῖλεν ὥστε ἢ οὐδένα ἢ σφόδρα ὀλίγους εἰς τὰ ἕλη συμφυγόντας περισωθῆναι.

50. Τὰ μὲν οὖν συνενεχθέντα τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ μετὰ τὴν Μαξίμου καθαίρεσιν ἐπανιόντι τοιάδε πως ἦν· εἰς δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν ἐπὶ μὲν τῷ κατὰ Μαξίμου τροπαίῳ μέγα ἐφρόνει, τοῖς δὲ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βαρβάρων εἰς αὐτόν τε καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν γεγονόσι συνεσταλμένος πολέμοις

perator annuisset, signo tuba receptui dato milites ab opere barbarorumque persecutione desistunt. secessum ad epulas; quibus satiati, iamque a vino et labore victi, altum plane dormiunt; quo barbari superstites animadverso arma capiunt, et occupatos a somno temulentiaque adorti milites hastis et gladiis et instrumento quovis ad caedem idoneo confodiunt. interfectusque cum copiis universis fuisset et ipse princeps, si non ex iis quidam, qui necdum pransi fuerant, ad imperatoris tentorium accurrissent, et quod acciderat nuntiassent quamobrem turbatus imperator, et ii quos secum habebat, fuga periculum imminens evitare statuunt. Promotus autem fugientibus obviam factus (arcessitus enim a principe fuerat) ab imperatore petit ut sibi suorumque saluti consuleret: quippe barbaros sibi curae futuros, qui merito contumaciam ipsorum supplicio castigaturus esset. simul haec dicens barbaros invadit. cumque repperisset in militem adhuc dormientem irruentes, adortus est eos impetu velocissimo, et tot interemit ut vel nemo vel admodum pauci, qui se rursus in paludes receperunt, incolumes evaserint.

50. Quae igitur imperatori Theodosio contigere post interemptum Maximum redeunti, talia fere fuerunt. reversus autem Cpolim ob partam quidem adversus Maximum victoriam magnos gerebat spiritus, ob ea vero quae barbari latitantes in paludibus in ipsum et in omnem exercitum patra-

μὲν ἀπειπεῖν ἐγνώκει καὶ μάχαις, ἐπιτρέψας δὲ τὰ περὶ ταῦτα Προμώτῳ αὐτὸς τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν καὶ πολυπραγμονῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος, ὥστε ἔπεισί μοι θαυμάζειν τούτου τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελής, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ καὶ οἷς προεῖπον ἐκκείμενος, λυπηροῦ μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέος ἐπάγοντος ἐνοχλοῦντος ἐνεδίδου τῇ φύσει, καθιστάμενος δὲ εἰς ἀνάγκην σαλεύειν κατά τι τὰ καθεστῶτα προσδοκωμένην ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπὼν εἰς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπίπονον καὶ τληπαθὲς ἀνεχώρει. τοιοῦτος ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὴ πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, ταῖς αὐτῷ φύσει προσούσαις ἐκμελείαις ἐδούλευε.

51. Τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένων ἐν τιμῇ κατ' ἐξαίρετον ἤγετο Ῥουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς· τούτῳ γὰρ πάντα ὁ βασιλεὺς κατεθάρρει, τῶν ἄλλων ὀλιγωρῶν. ὅπερ ἐκίνει Τιμάσιον καὶ Πρόμωτον μετὰ τοσούτους ὑπὲρ τῆς πολιτείας κινδύνους ἐν δευτέρᾳ τάξει κειμένους. ἐφ' οἷς ὁ Ῥουφῖνος ὡραϊζόμενος καὶ ἀναβεβηκὼς τῷ φρονήματι σκέμματος κοινοῦ προκειμένου θρασύτερόν τι ῥῆμα εἰς τὸν Πρόμωτον ἀπέρριψεν. ὁ δὲ οὐκ ἐνεγκὼν ἐπήγαγε τῷ προσώ-

1 ἐπιτρέψας τὰ περὶ τούτων Προμώτῳ· αὐτὸς δὲ τῆς Suidas 2 p. 174 Kust. 3 τοῖς om P. 4 ὥστε — ἀνδρός] θαυμάζω δὲ τούτου Suidas. 7 ἢ δέους ἐπάγοντος ἢ ἐνοχλ. Suidas. 8 et 10 ἐς idem. 14 ἀρχὰς μετιόντων κατ' ἐξαίρετον ἐν τιμῇ Suidas. 16 βουλῇ id.

verant maestior factus, bellis ac pugnis valedicere decrevit. cumque Promoto curam horum commisisset, ipse priorem vivendi rationem ad animum revocans cenas magnificas cenabat, et in exquirendis voluptatibus curiosus erat, et theatris atque circensibus semet oblectabat. adeoque mihi principis huius vitam in partem utramque proclivem mirari subit. nam cum natura segnis esset omnique secordiae et indicatis antea vitiis deditus, si nihil ei triste, nihil formidabile molestiam exhiberet, naturae frena laxabat: sin urgeret aliqua necessitas, quae statum rerum quassatura timeretur, ignaviam deponebat, et deliciis valere iussis ad virilem animum ac laborum molestiarumque tolerantiam redibat. cum ipso rerum usu docente talis esset, omni sollicitudine liberatus inditis a natura ignavi ingenii vitiis serviebat.

51. Ex iis autem quibus erant commissi magistratus, honoratissimo apud eum loco Rufinus habebatur, natione Celta, palatinorum ordinum magister. huic enim princeps omnia credere, nec reliquos magni aestimare; quod animos Timasii et Promoti nonnihil pungebat, qui post tot exhausta pro re publica pericula posteriore loco censerentur. Rufinus autem, hoc nomine sibi placens et elatus animo, quoddam in consilio publico verbum paulo ferocius in Promotum iactat. id ille non ferens ori manum impegit

πῳ τὴν χεῖρα καὶ ἔπληξεν. ὁ δὲ εἰσελθὼν καὶ τῷ βασιλεῖ τὸ πρόσωπον δείξας τοσοῦτον ἐξανέστησεν εἰς ὀργὴν ὥστε εἰπεῖν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Ῥουφίνου φθόνον ἀπόθοιντο, ταχέως αὐτὸν ὄψονται βασιλεύοντα. ταῦτα ὁ Ῥουφῖνος ἀκηκοώς, ἐπειδὴ καὶ ἄλλως ἦν ἅπασιν ἔγκοτος διὰ φιλοπρωτείας ὑπερβολήν, ἀναπείθει τὸν βασιλέα κελεῦσαι τῶν βασιλείων ἔξω που διατρίβειν Προμώτῳ καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια μελέτῃ τοὺς στρατιώτας ἀσκεῖν. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο κατέπραξε, καθίζει λόχον αὐτῷ βαρβάρων ποιουμένῳ τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ὁδοιπορίαν. οἱ δὲ τὸ σύνθημα δεξάμενοι, μηδὲν προϊδομένῳ τοιοῦτον ἐπιθέμενοι, κατασφάζουσιν ἄνδρα πλούτου μὲν κρείττονα γεγονότα, χρησάμενον δὲ τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς βασιλεῦσιν εἰλικρινῶς, ἄξια δὲ τῆς προαιρέσεως ἐπίχειρα κομισάμενον, ὅτι τοῖς οὕτως ἐκμελῶς καὶ ἀσεβῶς τὰ κοινὰ πράγματα διαθεῖσιν ὑπηρετήσατο.

52. Ταύτης διαβοήτου τῆς πράξεως ἐν ἅπασι γενομένης καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν οὔσης, παντός τε σωφρονοῦντος ἐπὶ τοῖς τοσούτοις ἀτοπήμασι σχετλιάζοντος, αὐτὸς μὲν Ῥουφῖνος ὥσπερ τι σεμνὸν ἐργασάμενος ὕπατος ἀνεδείκνυτο, Τατιανῷ δὲ καὶ τῷ τούτου παιδὶ Πρόκλῳ, Ῥουφίνῳ προσκεκρουκόσι δι᾽ οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι τὰς ὑπάρχους ἔχοντες ἐξουσίας, ὁ μὲν τῆς αὐλῆς ὁ δὲ τῆς πόλεως, ἀδωρότατα καὶ ὡς ἔνι μάλιστα δεόντως αὐτὰς διετίθεσαν, ἐπήγετο πράγματα λόγον οὐκ ἔχοντα. καὶ ἵνα εἰς ἔργον ἀχθείη τὰ κατ᾽ αὐτῶν βουλευόμενα, πρότερον ἀπετίθετο Τατιανὸς τὴν ἀρχὴν καὶ ἤγετο εἰς κρίσιν, ὑπάρχου τῆς αὐλῆς

eumque percussit. Rufinus ad principem ingressus, ostensa facie, tantam eum ad iram impulit ut diceret, ni conceptam adversus Rufinum invidiam deponerent, brevi principem visuros. his Rufinus auditis, qui ceteroquin etiam infestus aliis esset ob nimium primatus et ambitionis studium, persuadet imperatori, Promotum extra aulam alicubi commorari iuberet et ad rei bellicae studium milites exercere. quod cum obtinuisset, barbaros in insidiis collocat, dum Promotus in Thraciam proficiscitur. illi, accepto mandato, nihil tale prospicientem aggressi trucidant, virum qui et opes consumpserat, et erga rem publicam ipsosque principes sincere se gesserat. merita vero praemia consilii voluntatisque suae tulit, qui tam secorditer et impie publicas res administrantibus operam suam locasset.

52. Huius facinoris fama ubique didita, cum esset in ore omnibus et modestissimus quisque tanta scelera periniquo ferret animo, Rufinus, quasi qui facinus honestum patrasset, consul designatur. hinc Tatiano eiusque filio Proculo, qui Rufinum alia nulla de causa offenderant quam quod praefecturas gerentes, ille praetorianam hic urbanam, eas incorruptissimi a muneribus, et quam maxime fieri posset, ex officii ratione administraverant, negotia nulla iusta de causa facessuntur. atque uti perfici possent quae in eos agitabantur consilia, prius magistratu Tatianus abdicatur et in ius duci-

ἀποδεδειγμένου Ῥουφίνου. καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ κοινωνεῖν ἐτάχθησαν ἕτεροι Ῥουφίνῳ τῆς κρίσεως, ἐκεῖνος δὲ μόνος εἶχε τῆς ψήφου τὸ κῦρος. ἐπεὶ δὲ Πρόκλος αἰσθόμενος τῆς ἐπιβουλῆς..., ὑφορώμενος ὁ Ῥουφῖνος τὸ δραστήριον τοῦ ἀνδρός, καὶ δεδιὼς μὴ νεώτερόν τι φρονήσας συνταράξῃ τινὶ τὰ κατ' αὐτὸν μηχανῇ, μετελθὼν ἀπάτῃ τὸν πατέρα καὶ ὅρκοις, καὶ τὸν βασιλέα πείσας ὑποφῆναι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ παιδὶ μεγίστας ἐλπίδας, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ μεταγαγὼν ἐκ τῆς ἀληθοῦς ὑπονοίας εἰς ματαίους ὀνείρους, ἀναπείθει Τατιανὸν γράμμασι τὸν παῖδα μετακαλέσασθαι. Πρόκλον μὲν οὖν ἅμα τῷ φανῆναι συναρπασθέντα τὸ δεσμωτήριον δέχεται, Τατιανοῦ δὲ τῇ τῆς πατρίδος οἰκήσει παραδοθέντος ἀκροάσεις συνεχεῖς ἐπὶ τῇ τοῦ Πρόκλου συνῄεσαν κρίσει, καὶ τελευτῶντες οἱ δικασταὶ κατὰ τὸ Ῥουφίνῳ συγκείμενον ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν Συκαῖς τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττον. οὗπερ αἰσθόμενος ὁ βασιλεὺς ἔστελλε μὲν δῆθεν τὸν ἀνακαλεσόμενον ἐκ τοῦ τραχήλου τὸ ξίφος· ὁ δὲ συνθήματι Ῥουφίνου πειθόμενος, σχολαίτερον ἀπιών, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν.

53. Ἐν δὲ τῷ ταῦτα πράττεσθαι Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασι- a. 392
λεὺς ἀγγέλλεται τελευτήσας. ὁ δὲ τῆς τελευτῆς τρόπος ἐγένετο τοιόσδε. Ἀρβογάστης ἐκ τοῦ Φράγκων ὁρμώμενος ἔθνους, Βαύδωνι δὲ ὑποστρατηγεῖν ὑπὸ Γρατιανοῦ βασιλεύοντος τεταγμένος, ἐκείνου τελευτήσαντος τῷ δραστηρίῳ τεθαρρηκὼς τὴν στρατιωτι-

3 post ἐπιβουλῆς deest φυγῇ διεσώθη vel simile quidpiam. S.
17 ἔφθασεν i. e. κατέλαβεν. cf. p. 73 2: φθάσαι τὸν σταθμόν, p 84 2: φθάσαι τοῦτον.

tur, Rufino praefecto praetorio designato. ac in speciem quidem constituti sunt et alii, qui cum Rufino in societatem huius iudicii venirent; sed auctoritatem sententiae ferendae solus ille habebat. quia vero Proculus animadversis insidiis fuga sibi consuluerat, et suspectam Rufinus habebat industriam viri, metuebatque ne quid novi molitus arte quadam res suas conturbaret, Tatianum patrem fraude praestitisque iuramentis circumventum, ipso etiam imperatore persuaso ut tam patri quam filio spes maximas faceret, eoque modo de vera suspicione traductum ad vana somnia, tandem impellit ut filium per litteras revocaret. itaque Proculum, simul atque comparuisset, correptum carcer excipit; et Tatiano patriam incolere iusso, frequenter ad cognoscendam Proculi causam coitur. tandem iudices, ut inter ipsos et Rufinum convenerat, Proculum morte multandum Sycas, quod suburbii nomen est, abduci iubent. id princeps animadvertens misit qui gladium scilicet a cervicibus eius revocaret. at is, Rufini mandato parens, tardius abiit, et ubi iam caput abscissum fuerat advenit.

53. Cum haec agerentur, imperator Valentinianus e vivis excessisse nuntiatur, hoc quodam modo interfectus. Arbogastes oriundus e gente Francorum, quem secundum a Baudone duce locum Gratianus imperator obtinere iusserat, illo rebus humanis exempto, fretus industria sua, citra principis

κὴν εἰς ἀρχὴν ἑαυτὸν περιέστησε βασιλέως οὐ δεδωκότος, κατάλληλος δὲ τοῖς ὑποτεταγμένοις στρατιώταις ὀφθεὶς διά τε ἀνδρίαν καὶ πολεμικὴν ἐπιστήμην καὶ χρημάτων ὑπεροψίαν ἐπὶ μέγα προῆλθε δυνάμεως, καὶ τοσοῦτος ἦν ὥστε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα παρρησιάζεσθαι, καὶ ὅσα μὴ καλῶς αὐτῷ μηδὲ προσηκόντως ἔχειν ἐδόκει κωλύειν. πρὸς ταῦτα δυσανασχετῶν ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἀντέτεινε μὲν πολλάκις, ἤνυε δὲ οὐδέν· ὠχύρωτο γὰρ ὁ Ἀρβογάστης τῇ τῶν στρατιωτῶν ἁπάντων εὐνοίᾳ. ὑποτετάχθαι δὲ τούτῳ περαιτέρω μὴ φέρων, ἐπειδὴ καθήμενος ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου τὸν Ἀρβογάστην ἐθεάσατο προσιόντα, δριμύτερον ὑποβλέπων δέδωκεν αὐτῷ γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα. ὁ δὲ ἀναγνοὺς "οὔτε δέδωκάς μοι" φησί "τὴν ἀρχὴν οὔτε ἀφελέσθαι δυνήσῃ." καὶ ταῦτα εἰπών, διαρρήξας τε τὸ γραμμάτιον καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφείς, ἀπιὼν ᾤχετο. τότε δὴ λοιπὸν οὐκ ἐν ἀπορρήτῳ τὰ τῆς ὑποψίας ἐτρέφετο, φανερὰ δὲ παρὰ πᾶσι τὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς ἐγίνετο δυσμενείας. καὶ ὁ μὲν Οὐαλεντινιανὸς συνεχέσι πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράμμασιν ἐχρῆτο, τὴν κατὰ τῆς βασιλείας ἀλαζονείαν τἀνδρὸς ἐξαγγέλλων, καὶ βοηθεῖν παρεκάλει, δραμεῖσθαι πρὸς αὐτόν, εἰ μὴ τάχιστα τοῦτο ποιήσειεν, ἐπομνύμενος· Ἀρβογάστῃ δὲ τὸ πρακτέον ἀνασκοποῦντι γνώμη τις ἐπῄει τοιαύτη. (54) ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις ἀναστρεφόμενος Εὐγένιος ὄνομα, παιδείᾳ προήκων ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε καὶ ῥητορικὸν ἐπανελέσθαι βίον καὶ προεστάναι διδασκαλείου. πρὸς τοῦτον

15 παρὰ om P. 23 προστάναι P, vitio ambiguo; nam vel προεστάναι legendum vel προστῆναι. *S.*

auctoritatem magisterium militum in se transtulerat. visus autem subditis sibi militibus idoneus ob fortitudinem reique bellicae scientiam et pecuniae contemptum, magnam ad potentiam pervenit. adeoque tantus erat ut etiam adversus principem liberior esset, et quaecunque non recte, nec uti par erat, fieri putabat, prohiberet. ea Valentinianus permoleste ferens opponit se quidem illi saepius, sed nihil proficit: nam Arbogastes omnium militum benevolentia munitus erat. tandem Valentinianus haud ferens amplius ut huic subiectus esset, cum augusto in solio sedens accedentem videret Arbogastem, torvis oculis hominem adspiciens, libellum porrigit quo ei magistratum abrogabat. hoc ille perlecto "nec dedisti mihi potestatem" ait "nec eripere poteris." quibus prolatis discerptoque libello et in terram abiecto discedit. ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur, sed omnibus eorum inimicitiae patebant. ac Valentinianus quidem crebris ad imperatorem Theodosium litteris utebatur, quibus eum de huius viri adversus maiestatem principis arrogantia certiorem reddebat, simulque petebat ut opem sibi ferret, iureiurando affirmans se ad ipsum advolaturum, ni quam primum hoc fecisset. Arbogasti vero, consideranti quid agendum esset, huiusmodi quoddam consilium ad animum accidit. (54) versabatur in aula quidam cui nomen Eugenius, tanta eruditione doctrinae praestans ut et oratoriam profiteretur et

ὁ Ῥιχομήρης οἷα σφόδρα χαρίεντα καὶ ἀστεῖον ἔχων οἰκείως Ἀρβογάστῃ συνίστησιν, ἔχειν ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις αἰτήσας ὡς οὐκ ἐσόμενον ἄχρηστον, εἴ ποτε πρᾶγμα φιλίας ἀληθοῦς δεόμενον ἀνακύψειε. Ῥιχομήρους τοιγαροῦν ὡς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἐκδημήσαντος, ἡ συνεχὴς συνουσία φίλον Ἀρβογάστῃ τὸν Εὐγένιον ἐς τὰ μάλιστα πεποίηκε, καὶ οὐδὲν ἦν ὃ μὴ ἐθάρρει τῶν σπουδαίων αὐτῷ. τότε δὴ τὸν Εὐγένιον τοῦτον λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὅτι διὰ παιδείας ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου σεμνότητα πρὸς ἀγαθὴν βασιλείαν ἁρμοδιώτατος ἔσται, κοινοῦται μὲν αὐτῷ τὰ βεβουλευμένα, δυσαρεστοῦντα δὲ τοῖς λεγομένοις ἰδὼν ἐπέμενε θεραπεύων καὶ μὴ ἀποσείσασθαι τὰ δωρούμενα παρὰ τῆς τύχης αἰτῶν. ἐπεὶ δὲ ἔπεισεν, ἄμεινον ἔχειν ᾠήθη Οὐαλεντινιανὸν ἐκποδὼν πρότερον καταστῆσαι καὶ οὕτως Εὐγενίῳ παραδοῦναι τὴν μοναρχίαν. τῷ βασιλεῖ τοίνυν ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ καὶ περὶ τὸ ταύτης τεῖχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι κατὰ νοῦν ἐμπεσὼν παίει καιρίαν καὶ διαφθείρει. πάντων δὲ σιωπῇ τὸ τολμηθὲν ἐνεγκόντων διά τε τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν ἐν πολέμοις ἀνδρίαν, καὶ προσέτι γε ὅτι πολλὴν αὐτῷ διὰ τὸ χρημάτων ὑπερορᾶν οἱ στρατιῶται συνεισέφερον εὔνοιαν, ἀναδείκνυσιν Εὐγένιον βασιλέα, πᾶσιν ἐπ᾽ αὐτῷ χρηστὰς ἔχειν δεδωκὼς ἐλπίδας διὰ τὰ τῷ ἀνδρὶ προσόντα πλεονεκτήματα.

Theodosius.

scholam aperiret. hunc Richomeris, ut hominem perelegantem et urbanum familiariter complectens, Arbogasti commendat; et ab eo petit ut inter familiares et amicos illum habeat, quippe non futurum inutilem, si quando negotium aliquod emergat, quod officium verae amicitiae poscat. igitur ubi Richomeris ad imperatorem Theodosium profectus fuisset, assidua consuetudo amicissimum Arbogasti Eugenium reddidit; adeoque nihil erat rei seriae quod illi non crederet. in hoc vero tempore, cum ei ad animum hic Eugenius accidisset, qui propter eximiam doctrinam et vitae gravitatem ad bonum imperium futurus esset aptissimus, cum eo quae secum ipse deliberasset communicat. sed cum illum offendi per ea quae proponerentur videret, hominem demulcere pergit et hortari ne reiiceret ea quae a fortuna offerrentur. ubi persuasisset, praestare ratus est ut prius e medio Valentinianum tolleret atque ita rerum summam Eugenio traderet. quapropter imperatorem, qui apud oppidum Galliae Viennam commorabatur et propter muros eius ludicra cum quibusdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus letaliter vulnerat et interficit. cum omnes taciti facinus admissum ferrent ob viri dignitatem et fortitudinem bellicam, ac praeterea, quod hominem magna benevolentia milites prosequerentur, qui pecuniam contemneret, Eugenium imperatorem declarat, omnibus de hoc viro propter eius insignes dotes spes bonas concipere iussis.

55. Τούτων τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συναγγελθέντων συνετάραξεν ἡ τούτου γαμετὴ Γάλλα τὰ βασίλεια, τὸν ἀδελφὸν ὀλοφυρομένη. πολλῇ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς λύπῃ τε ἅμα καὶ φροντίδι κατείχετο, κοινωνοῦ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν καὶ νέου καὶ ἀγχιστείᾳ συναπτομένου, περιπεσὼν δὲ ἀνδράσιν ἀλλοτρίως τε πρὸς αὐτὸν ἔχουσι καὶ ἄλλως οὖσιν ἀμάχοις διά τε τὴν Ἀρβογάστου θρασύτητι μεμιγμένην ἀνδρίαν καὶ τὰς Εὐγενίῳ πρεπούσας μετὰ παιδεύσεως ἀρετάς. καίπερ οὖν ταῦτα λέγων τε καὶ ἀνακινῶν τῷ λογισμῷ πολλάκις, ἀναρρῖψαι τὸν ὑπὲρ πάντων ὁμοῦ τῶν πραγμάτων κύβον ἐγνώκει, παντοίαις παρασκευαῖς εἰς τὸν πόλεμον χρώμενος. καὶ τὰ μὲν ἱππικὰ τάγματα Ῥιχομήρει καταπιστεῦσαι διενοεῖτο, τῆς ἀνδραγαθίας τἀνδρὸς ἐκ πολλῶν ἤδη πολέμων πεπειραμένος, ἑτέρους δὲ τοῖς ἄλλοις τέλεσιν ἐπιστῆσαι τοὺς ἡγουμένους· Ῥιχομήρους δὲ κατὰ καιρὸν τῆς περὶ ταῦτα βουλῆς νόσῳ τελευτήσαντος, εἰκότως ἐφ᾽ ἑτέρας ἡγεμόνων αἱρέσεις ἐτράπετο. γνώμης οὖν ἔτι περὶ τούτου ταῖς τοῦ βασιλέως ἐννοίαις ὑποκειμένης, ἀπηγγέλλετο πρεσβεία παρὰ Εὐγενίου, πυνθανομένη τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου πότερον τίθεται τῷ βασιλεύειν αὐτὸν ἢ ἀποτίθεται τὴν ἀνάρρησιν. ὁ δὲ τῇ πρεσβείᾳ διακονούμενος ἦν Ῥουφῖνος Ἀθηναῖος, Ἀρβογάστου μήτε γράμματα κομίσας μήτε ἄλλην αὐτοῦ τινὰ ποιησάμενος μνήμην. τοῦ δὲ βασιλέως εἰς τὸ διασκέψασθαι καὶ προσηκόντως ἀποκρίνασθαι τοῖς

7 rectius fortasse legeremus ἐμπρεπούσας vel προσούσας, ut p. 235 12 et 239 22 *S.* 8 alibi ἀνακυκλῶν. *S.* p. 137 6: πᾶσαν γνώμην ἀνακυκλοῦντι. *R.*

55. His omnibus Theodosio principi eodem tempore nuntiatis, coniux eius Galla fratrem deplorans universam turbavit aulam. simul et ipse princeps magno maerore curaque conficiebatur, qui consortem imperii florentem aetate, vinculoque iunctum affinitatis, amisisset, et in homines ab se alienos et ceteroquin invictos, cum ob mistam audaciae fortitudinem Arbogastis, tum insignes Eugenii cum doctrina coniunctas virtutes, incidisset. quamvis igitur haec diceret et cum animo saepius versaret, aleam tamen de summa rerum simul iacere decrevit, omnis generis apparatus ad bellum gerendum instituens. et turmas quidem equestres Richomeri committere cogitabat, pluribus iam bellis eius viri fortitudinem expertus; itidemque ceteris legionibus alios duces praeficere. cum autem Richomeres huius ipsius consultationis tempore morbo exstinctus esset, non abs re semet ad alios duces deligendos convertit. dum ergo de hoc sententia principis intra cogitationes ipsius adhuc haeret, adesse missam ab Eugenio legationem nuntiatur, quae de Theodosio principe quaereret, utrum assentiri vellet ut Eugenius imperio frueretur, an declarationem eius ut irritam reiiceret. ea legatione Rufinus Atheniensis fungebatur, qui nec litteras Arbogastis secum attulit nec ullam aliam eius mentionem fecit. cum princeps in deliberando lega-

πρέσβεσιν ἀναβαλλομένου, καὶ ἕτερόν τι τοιόνδε συνέπεσε πραχθῆναι.

56. Ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν Θεοδόσιος βαρβάρους τινὰς εἰς φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν ἐδέξατο, καὶ ἐλπίσιν αὐτοὺς καὶ δωρεαῖς ἄλλαις τιμήσας· εἶχε δὲ καὶ ἐν θεραπείᾳ πάσῃ, καὶ τοὺς ἑκάστης φυλῆς ἡγουμένους καὶ τραπέζης ἠξίου κοινῆς. οὗτοι διέστησαν ταῖς γνώμαις ἔριδος αὐτοῖς κινηθείσης· οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον ἄμεινον εἶναι καταφρονῆσαι τῶν ὅρκων, οὓς ἔτυχον δεδωκότες ὅτε Ῥωμαίοις ἑαυτοὺς ἐνεδίδοσαν, οἱ δὲ τοὐναντίον κατὰ μηδένα τρόπον ἐναντιωθῆναι τοῖς συγκειμένοις. ἦν δὲ ὁ μὲν πατῆσαι τὴν πίστιν ἐθέλων καὶ πρὸς τοῦτο τοὺς ὁμοφύλους παρακαλῶν Πρίουλφος, Φραουῖτος δὲ ὁ τοῖς ὀμωμοσμένοις ἐμμεῖναι φιλονεικῶν. καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν ταύτην ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἔριν ἐλάνθανον· ἐπεὶ δὲ τραπέζης ἠξιωμένοι βασιλικῆς, ἐκτεινομένου τοῦ πότου, παρετράπησαν εἰς ὀργὴν ἐξενεχθέντες καὶ ἣν εἶχον ἐξέφηναν γνώμην, ὁ μὲν βασιλεὺς τῆς ἑκάστου προαιρέσεως αἰσθόμενος διέλυσε τὴν ἑστίασιν, ἀναχωρήσαντες δὲ τῶν βασιλείων εἰς τοσοῦτον ἐξέστησαν, ἕως οὐκ ἐνεγκὼν ὁ Φραούστιος εἵλκυσε τὸ ξίφος καὶ τὸν Πρίουλφον παίσας ἀνεῖλεν. ὡς δὲ ἐπελθεῖν οἱ τούτου στρατιῶται τῷ Φραουστίῳ διενοήθησαν, ἐν μέσῳ

5 pro ἄλλαις non absurde reponi potest ἁδραῖς. *S.* 12 Eunapio Ἐρίουλφος Φραουῖτον vocavi cum Heynio qui in libris h. l. Φραούστιος est, infra (5 20 et 21) Φραΐουτος vel Φραΐουττος vel Φράουττος. idem apud Eunapium Φράβιτος, apud Suidam Φράβιθος, apud Socratem Φραυῖτος, apud Philostorgium Φραυῖτας, apud Sozomenum Φλαβίτας, teste *R.* 15 καὶ om P. 18 post τῶν βασιλείων *S* desiderat ἐκεῖνοι vel simile relativum.

tisque dando convenienti responso cunctaretur, accidit ut etiam aliud quiddam huiusmodi fieret.

56. Ubi primum Theodosius imperium fuerat consecutus, barbaros quosdam ad amicitiam bellorumque societatem admiserat, spe pariter et muneribus delinitos. itidem et cuiusque nationis duces omni studio prosequebatur et mensae adhibebat. hos inter exorta contentione ad animorum discidia ventum est. nam alii praestare dicebant ut sacramenta flocci facerent, quae id temporis quo Romanorum se potestati permisissent praestiterant. e contrario alii nullo modo quicquam adversus pacta conventa faciundum aiebant. et qui datam fidem pedibus proculcari volebat, ac suae nationis homines hortabatur ut id facerent, Priulfus erat: Fraustius vero, qui iuramentis praestitis insistendum contendebat. diu quidem certe non constabat has inter eos rixas esse. cum autem aliquando mensae principis adhibiti, compotatione producta longius, ad iras abrepti mutuas prorupissent animique sui quisque sententiam aperuisset, imperator voluntate cuiusque cognita finem epulo imposuit. illi vero cum e praetorio discessissent, animis tantopere moti sunt ut tandem haec non ferens Fraustius educto gladio Priulfum caesum interficeret. cum autem milites illius aggredi Fraustium cogitarent,

στάντες οἱ βασιλικοὶ δορυφόροι περαιτέρω προελθεῖν τὴν στάσιν ἐκώλυσαν.

57. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς ἤνεγκέ τε μετρίως καὶ ἐν αὐτοῖς δαπανᾶσθαι δυσμεναίνοντας συνεχώρησε, τοὺς δὲ πρέσβεις δώροις τε καὶ λόγοις ἐπαγαγὼν τὸ μέτριον ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν δοκοῦσιν ἔπεμπεν ἐπ᾽ οἶκον, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων ἀποδημίαν τῶν τοῦ πολέμου παρασκευῶν εἴχετο. κεφάλαιον δὲ τῆς παρασκευῆς, ὥσπερ οὖν ἔστιν, οἰόμενος εἶναι τὴν τῶν στρατηγῶν αἵρεσιν, τῶν μὲν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἔταξεν ἡγεῖσθαι Τιμάσιον καὶ ἐπὶ τούτῳ Στελίχωνα (συνῴκει δὲ οὗτος Σερήνῃ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ θυγατρί), τοὺς δὲ συμμαχοῦντας αὐτῷ βαρβάρους ὑπὸ Γαΐνῃ ἔταξε καὶ Σαούλ. ἐκοινώνει δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς καὶ Βακούριος, ἕλκων μὲν ἐξ Ἀρμενίας τὸ γένος, ἔξω δὲ πάσης κακοηθείας ἀνὴρ μετὰ τοῦ καὶ τὰ πολεμικὰ πεπαιδεῦσθαι. ἡ μὲν οὖν ἀρχαιρεσία τοῦτον αὐτῷ διετέθη τὸν τρόπον, ἤδη δὲ*
a. 394 *αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ συμβέβηκε Γάλλαν τὴν γαμετὴν ἐν ταῖς ὠδῖσιν αὐταῖς τελευτῆσαι, σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποθεμένην. ταύτην μὲν οὖν κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν νόμον ὁ βασιλεὺς ἐπ᾽ ἤματι δακρύσας ἀπεχώρει σὺν τῷ στρατῷ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον διαθήσων, ἀπολιπὼν Ἀρκάδιον τὸν υἱόν, ἤδη πρὸ τούτου βασιλέα καθεσταμένον. ἐπεὶ δὲ νέος ἦν ἔτι, τὸ λεῖπον εἰς φρόνησιν αὐτῷ διὰ τὴν νεότητα θεραπεύων ἀπέλιπεν αὐτόθι*

5 *παραγαγών?* 11 *ἀδελφῆς* LP: sed *ἀδελφοῦ* cum Leunclavio legendum esse docent sequentia lib. 5 4. *S.* 21 *καθεσταμένον* *S*: libri *καθιστάμενον.*

stantes in medio satellites principis tumultum hunc progredi longius haud permiserunt.

57. Haec tamen imperator audita modice tulit, et inimicitiarum auctores mutuis se vulneribus conficere passus est. legatos autem muneribus deceptos et verbis, quae moderationis et humanitatis plena viderentur, domum remisit, post eorum abitum apparatui rerum bellicarum intentus. eius autem caput esse ratus, ut est, delectum praetorum, Romanis quidem exercitibus ducem Timasium et secundum hunc Stelichonem praefecit; et erat hic Serenae, principis Theodosii fratris filiae, maritus. foederatos autem barbaros Gainae et Saulo parere iussit. horum potestatis particeps erat et Bacurius, oriundus ex Armenia, vir omnis expers improbitatis et rebus praeterea bellicis exercitus. hoc modo delectis ab eo ducibus, cum iam ad profectionem properaret, coniugem ipsius Gallam parturientem mori contigit, infantis onere cum vita deposito. huic Homerico more diurnis imperator persolutis lacrumis, cum exercitu bellum gesturus discedit, Arcadio filio relicto, qui iam ante fuerat imperator declaratus. et quoniam adhuc iuvenis erat, remedio quasi quodam id supplens quod per aetatem ad prudentiam ei

Ῥουφῖνον, ἅμα τε τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα καὶ ἐς πᾶν ὁτιοῦν ἕτερον τῆς ἑαυτοῦ κυριεύοντα γνώμης, πράττοντά τε ὅσα βασιλεῖ δίδωσιν ἡ τῆς ὑπεροχῆς ἐξουσία.

58. Ταῦτά τε διαθείς, καὶ τὸν νεώτερον τῶν παίδων Ὀνώριον ἅμα ἑαυτῷ συναπαγαγών, τὰ ἐν μέσῳ πάντα διέδραμεν ἔθνη, καὶ τῆς διὰ τῶν Ἄλπεων παρόδου κρατήσας παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῖς πολεμίοις ἐπέστη. καὶ τὸν μὲν Εὐγένιον τῷ παραλόγῳ κατέπληξεν· οἰηθεὶς δὲ ἄμεινον εἶναι τὸ βάρβαρα τάγματα τοῖς ἐναντίοις καθεῖναι καὶ τούτοις πρότερον διακινδυνεύειν, Γαΐνην ἔταξε σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἔθνεσιν ἐπελθεῖν, ἑπομένων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, ὅσοι τῶν βαρβαρικῶν ἔλαχον ἐξηγεῖσθαι ταγμάτων, ἱππέων τε ὁμοῦ καὶ ἱπποτοξοτῶν καὶ πεζῶν. ἀντεπεξελθόντος δὲ Εὐγενίου παντὶ τῷ στρατεύματι καὶ συμπεσόντων ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων, ἡλίου μὲν ἔκλειψιν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς μάχης συνέβη γενέσθαι τοιαύτην ὥστε νύκτα εἶναι μᾶλλον ἐπὶ πλείονα νομίζεσθαι χρόνον, νυκτομαχοῦντα δὲ τρόπον τινὰ τὰ στρατεύματα τοσοῦτον ἐργάσασθαι φόνον ὥστε κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὸ μὲν πολὺ μέρος τῶν Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ συμμαχούντων ἀποθανεῖν, καὶ τὸν στρατηγὸν Βακούριον ἀνδρειότατα τῶν σφετέρων προκινδυνεύσαντα, τοὺς δὲ ἄλλους παραλόγως ἅμα τοῖς περιλειφθεῖσι διαφυγεῖν. ἐπεὶ οὖν νυκτὸς γενομένης ἐφ' ἑαυτῶν ἐγίνετο τὰ στρατόπεδα, ὁ μὲν Εὐγένιος ἐπαρθεὶς τῷ προτερήματι δῶρά τε διένειμε τοῖς ἠριστευκόσι καὶ ἐνεδίδου

13 quam transposui, καὶ libri ante παντί.

deerat, Rufinum ibidem relinquit, qui simul et aulae praefectus esset, et ex animi sui arbitratu in quasvis res alias dominatum haberet, adeoque ageret omnia quaecunque principi potestas eminentiae tribuit.

58. His constitutis et Honorio minore filio secum abducto, sitas in medio nationes omnes cursim transiit, et Alpium aditu praeter omnem spem potitus ad hostes accessit, inopinato adventu Eugenio territo. ceterum praestare ratus ut legiones barbaras in adversos immitteret iisque primum periclitaretur, Gainem cum nationibus sibi subditis hostem aggredi iussit, sequentibus hunc aliis etiam ducibus, quicunque barbaricis ordinibus, equitibus inquam et sagittariis equestribus et peditatui, praeerant. adversus hos cum suos quoque produxisset Eugenius, omnibusque copiis congressi iam essent exercitus, ipso proelii tempore talis defectus solis accidit, ut maiore temporis spatio nox esse potius quam dies existimaretur. cumque nocturnam quodammodo pugnam exercitus pugnarent, tanta strages hominum edita fuit, ut eo die maior pars foederatorum Theodosii principis interficeretur, una cum Bacurio duce, qui ante suos fortissime se periculis obiecit; ceteri praeter opinionem fuga cum residuis evaderent. igitur ubi noctis interventu se collegissent exercitus, elatus ob victoriam Eugenius dona distribuebat in eos qui supra ceteros strenue se gesserant, et cenandi potestatem faciebat, quasi

δειπνεῖν, ὡς δὴ μηδενὸς ἔτι μετὰ τοσοῦτον ἐλάττωμα πολέμου γενησομένου· τῶν δὲ ἐπὶ τὸ ἑστιᾶσθαι τραπέντων, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὄρθρον ἤδη μέλλοντα θεασάμενος ἐπέπεσε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι κειμένοις ἔτι τοῖς πολεμίοις, καὶ οὐδενὸς ὧν ἔπασχον αἰσθανομένους ἀπέσφαττε. προελθὼν δὲ καὶ μέχρι τῆς Εὐγενίου σκηνῆς καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιθέμενος ἀνεῖλε τοὺς πλείονας. ἔνιοι δὲ τῇ καταπλήξει διεγερθέντες καὶ ὁρμήσαντες εἰς φυγὴν ἥλωσαν· ἐν οἷς καὶ αὐτὸς Εὐγένιος ἦν, ὃν συναρπάσαντες καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενοι κοντῷ τε διαπείραντες μακροτάτῳ πᾶν περιέφερον τὸ στρατόπεδον, δεικνύντες τοῖς ἔτι τἀκείνου φρονοῦσιν ὡς προσήκει Ῥωμαίους ὄντας ὡς τὸν βασιλέα ταῖς γνώμαις ἐπανελθεῖν, ἐκποδὼν μάλιστα τοῦ τυράννου γεγενημένου. πάντες μὲν οὖν ὡς εἰπεῖν οἱ μετὰ τὴν νίκην ὑπολειφθέντες ἐπὶ τὸν βασιλέα δραμόντες τοῦτόν τε Αὔγουστον ἀνεβόησαν καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἠξίουν ἔχειν συγγνώμην, καὶ ὁ βασιλεὺς ῥᾷον ἐπένευεν· Ἀρβογάστης δὲ τυχεῖν ὑπὸ Θεοδοσίου φιλανθρωπίας οὐκ ἀξιώσας ἐπὶ τὰ τραχύτατα συνέφυγε τῶν ὀρῶν, αἰσθόμενος δὲ ὡς πάντα περινοστοῦσι τόπον οἱ τοῦτον ἐπιζητοῦντες ἑαυτὸν ὑπέσχε τῷ ξίφει, τὸν ἑκούσιον θάνατον τῆς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συλλήψεως προτιμήσας.

59. Τῶν δὲ πραγμάτων ὧδε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προχωρησάντων, ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ τὸν υἱὸν Ὀνώριον ἀναδείκνυσι βασιλέα, Στελίχωνα στρατηγόν τε ἀποφήνας ἅμα τῶν αὐτόθι

10 τἀκείνου S pro vulgato κἀκείνου.

nullum amplius post tantam cladem acceptam proelium futurum esset. his autem ad epulas conversis, Theodosius imperator auroram appetentem conspicatus universis cum copiis in hostes adhuc humi iacentes irruit, et nihil eorum quae perpeterentur sentientes occidit. cumque progressus esset ad Eugenii tentorium, quotquot propter hunc aderant, adortus complures interemit, nonnullis, quos ipse terror excitaverat, dum fugam moliuntur, captis; inter quos et Eugenius erat. huic arrepto caput abscissum, hasta longissima praefixum, totis castris circumlatum fuit, ut iis ostenderetur qui adhuc a partibus illius stabant, par esse, quando Romani haberi vellent, ut animis ad imperatorem suum, praesertim tyranno iam de medio sublato, redirent. quapropter omnes fere post victoriam superstites, ad imperatorem cursu delati, Augustum inclamant et admissorum veniam poscunt; quibus eorum precibus imperator haud gravatim annuit. Arbogastes autem, qui Theodosii humanitatem experiri non cuperet, in montes asperrimos confugit, et animadvertens omnia loca perlustrari ab iis qui eum quaererent, ipse sibi manus intulit, praestare ratus ut voluntariam mortem potius oppeteret quam ut ab hostibus caperetur.

59. Cum hoc modo res Theodosio principi successissent, Romam ingressus Honorius filium imperatorem declarat, Stelichone legionum in iis

ταγμάτων καὶ ἐπίτροπον καταλιπὼν τῷ παιδί. συγκαλέσας δὲ τὴν γερουσίαν τοῖς ἄνωθεν παραδεδομένοις ἐμμένουσαν πατρίοις καὶ οὐχ ἑλομένην ἔτι συνενεχθῆναι τοῖς ἐπὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν, λόγους προῆγε, παρακαλῶν ἀφιέναι μὲν ἣν πρότερον μετῄεσαν, ὥς αὐτὸς ἔλεγε, πλάνην, ἑλέσθαι δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, ἧς ἐπαγγελία παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς δὲ τῇ παρακλήσει πεισθέντος, μηδὲ ἑλομένου τῶν ἀφ᾽ οὗπερ ἡ πόλις ᾠκίσθη παραδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι καὶ προτιμῆσαι τούτων ἄλογον συγκατάθεσιν (ἐκεῖνα μὲν γὰρ φυλάξαντας ἤδη διακοσίοις καὶ χιλίοις σχεδὸν ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν, ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένους τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν), τότε δὴ ὁ Θεοδόσιος βαρύνεσθαι τὸ δημόσιον ἔλεγε τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ, βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα μὴ δημοσίου τοῦ δαπανήματος ὄντος, διὰ τοῦτό τε τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς πατρίου παραδόσεως ἦν ἐν ἀμελείᾳ κειμένων, ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἐλαττωθεῖσα βαρβάρων οἰκητήριον γέγονεν, ἢ καὶ τέλεον ἐκπεσοῦσα τῶν οἰκητόρων εἰς τοῦτο κατέστη σχήματος ὥστε μηδὲ

3 ἐπὶ] libri cum Suida 2 p. 174 med. περὶ. 4 προσῆγε L margo et Suidas. 5 μετῄεσαν, ὡς αὐτὸς ἔλεγε] εἵλοντο Suidas. 9 ἄλογον συγκατάθεσιν] τὰ Χριστιανῶν Suidas. 17 τε om Suidas.

locis duce creato et eodem filio suo tutore relicto. ceterum advocato senatu, qui patritis avitisque ritibus inhaerebat, nec adhuc permoveri poterat ut iis assentiretur qui ad contemptum deorum deflexerant, orationem habuit, qua eos hortabatur ut missum facerent errorem (sic enim appellabat) quem hactenus secuti fuissent, et Christianorum fidem amplecterentur, quae liberationem ab omni delicto et impietate polliceatur. sed cum huic exhortationi nemo pareret, nec a patritis ritibus, quos inde usque ab origine urbis accepissent, discedere vellent et his expertem rationis assensum praeferre (cum dicerent, illis observatis, se iam mile ducentis propemodum annis urbem invictam incoluisse; cum quibus, si commutarent alia, quid eventurum esset ignorarent), tum vero Theodosius fiscum sumptu gravari qui in sacra et hostias fieret, seque ista velle abolere dixit; qui neque probaret id quod ageretur, et alioqui sciret penuriam militarem maiores pecunias poscere. cum senatus respondisset non rite fieri sacrificia, nisi de publico fierent impensae; nihiloque minus ob haec sacrorum lex abolita cessarit, aliaque neglecta iaceant, quaecunque a maioribus tradita fuerunt, deminutum particulatim Romanum imperium barbarorum domicilium factum est, aut potius incolis prorsus amissis ad eam redactum est formam, ut ne loca quidem, in quibus

τοὺς τόπους ἐν οἷς γεγόνασιν αἱ πόλεις ἐπιγινώσκειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοῦτο τύχης κατενεχθέντα δείξει σαφῶς ἡ κατὰ μέρος τῶν πραγμάτων ἀφήγησις· ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη καὶ Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ προσέτι γε Λιβύην ἅπασαν a. 395 Ὁνωρίῳ τῷ παιδὶ παραδούς, αὐτὸς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανιὼν ἐτελεύτησε νόσῳ, καὶ τὸ τούτου σῶμα ταριχευθὲν τοῖς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει βασιλικοῖς τάφοις ἐναπετέθη.

E.

Arcadius et Honorius.

Τῆς δὲ τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς Ἀρκάδιον καὶ Ὁνώριον περιστάσης ἄχρι μὲν ὀνόματος ἐδόκουν ἔχειν τὸ κράτος, ἡ δὲ πᾶσα τῆς ἀρχῆς δύναμις ἦν κατὰ μὲν τὴν ἑῴαν παρὰ Ῥουφίνῳ, κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν ἐν τῇ Στελίχωνος γνώμῃ. δίκαι τε πᾶσαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἐξουσίαν ἐκρίνοντο, καὶ ἀπῄει κεκρατηκὼς ὁ χρημάτων τὴν ψῆφον ὠνούμενος ἢ ἄλλως οἰκειότητι τὴν τοῦ δικάζοντος ἐπισπώμενος εὔνοιαν. κτήματα δὲ ὅσα τοὺς κυρίους ἐν τοῖς ἁπάντων ἐποίει στόμασιν εὐδαίμονας ὀνομάζεσθαι, μετῄει πρὸς τούτους, τῶν μὲν δωρεαῖς θεραπευόντων καὶ τούτῳ τὸ συκοφαντεῖσθαι διαφευγόντων, ἑτέρων δὲ τὰ οἰκεῖα προϊεμένων ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ἀρχῆς ἢ ἄλλον τινὰ πρίασθαι τῶν πόλεων ὄλεθρον. παντὸς δὲ εἴδους

13 ἢ ἄλλως] πολλῶν ἢ Suidas 3 p. 268. 16 διαφυγόντων idem.

urbes sitae fuerunt, agnoscantur. sed haec ad istam condicionem devenisse, particulatim instituta rerum narratio clare monstrabit. ceterum Theodosius imperator, Italiae populis et Hispanis et Celtis et universa praeter haec Africa Honorio filio suo traditis, dum Cpolim reversurus est, morbo vitam finiit; eiusque corpus pollinctum sepulcris imperatoriis, quae Cpoli sunt, illatum fuit.

V.

Posteaquam summum imperium ad Arcadium et Honorium pervenisset, nomine quidem tenus id obtinere videbantur, sed reapse totius principatus potestas per Orientem penes Rufinum, per Occidentem in arbitrio Stelichonis erat. itidem lites omnes apud eos magna licentia determinabantur; et victor abibat qui pecunia sententiam redimebat, vel alioqui iudicis benevolentiam necessitudine quadam ad se trahebat. praedia vero, quorum domini omnium ore tanquam beati praedicabantur, ad hos ipsos perveniebant, aliis quidem muneribus eos demulcentibus eaque via calumnias evitantibus, aliis vero sponte res suas dimittentibus, ut magistratum aliquem consequerentur vel aliam quandam urbium perniciem sibi compararent. cumque per urbes omne

πονηρίας ταῖς πόλεσιν ἐπιπολάζοντος, ὁ μὲν ἁπανταχόθεν πλοῦτος εἰς τὴν Ῥουφίνου καὶ Στελίχωνος οἰκίαν εἰσέρρει, ἡ δὲ πενία κατὰ πάντα τόπον ἐπενέμετο τὰς τῶν πάλαι πλουτούντων οἰκίας. ᾐσθάνοντο δὲ τῶν γινομένων οἱ βασιλεῖς οὐδενός, ἀλλὰ ἔγραφον μόνον ὅσα Ῥουφῖνος ἐπέταττε καὶ Στελίχων. ἐπεὶ δὲ ἄπλετος ἦν αὐτοῖς πλοῦτος συνειλεγμένος, ἤδη καὶ τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ μνᾶσθαι Ῥουφῖνος ὠνειροπόλει, διανοούμενος, ἣν εἶχε θυγατέρα γάμων ὡραίαν, κατεγγυῆσαι τῷ βασιλεῖ, ὅπερ εἰσδύσεως πρόφασιν εἶχε. καὶ δὴ καθίησι περὶ τούτου λόγους ἐν παραβύστῳ διά τινων ἐπὶ τῇ βασιλικῇ θεραπείᾳ τεταγμένων, αὐτὸς μὲν οἰόμενος μηδένα παντάπασι τὴν σκέψιν εἰδέναι, τῆς δὲ φήμης ἄχρι τοῦ δήμου τὸ μελετώμενον ἐνεγκούσης· ἐκ γὰρ τοῦ τῆς ὑπεροψίας ὄγκου καὶ τῆς ὁσημέραι προστιθεμένης ἀλαζονείας τὴν τούτου ἔννοιαν ἅπαντες ἐτεκμαίροντο, καὶ τὸ κατ' αὐτοῦ κοινὸν ηὐξάνετο μῖσος. ὁ δέ, ὥσπερ τὰ μετριώτερα πλημμελήματα μείζοσιν ἀτοπήμασιν ἐξεπίτηδες ἀποκρύψαι βουλόμενος, ἕτερον ἐτόλμησε τοιόνδε.

2. Φλωρεντίῳ τῆς αὐλῆς ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὑπάρχῳ γενομένῳ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰουλιανὸς ὁ μέγας τὴν τοῦ Καίσαρος εἶχε τιμήν, Λουκιανὸς ἦν υἱός. οὗτος ἐχρῆτο προστάτῃ Ῥουφίνῳ, τὰ τιμιώτατα τῶν ὄντων αὐτῷ κτημάτων εἰς ἐκεῖνον μετενεγκών· ἐφ' οἷς ὁμολογῶν χάριτας ὁ Ῥουφῖνος τῷ

2 ἡ δὲ Suidas: editur καὶ ἡ. 4 ἄγραφον νόμον LP: corr e Suida R. 5 ἄπλετος L margo: Suidas ἄσπετος, P ἄπληστος. 11 τοῦ δήμου add P. 13 τὴν ἐπὶ τούτου LP.

genus improbitatis increvisset, quicquid ubique divitiarum erat, in Rufini Stelichonisque domum confluebat, et omnibus in locis paupertas eorum domos exhauriebat, qui locupletes olim fuerant. neque principes sentiebant quicquam eorum quae gerebantur: sed quaecunque Rufinus imperasset aut Stelicho, statim scribebant. et quoniam immensas opes illi congesserant, iam Rufinus de imperio quoque sibi parando somniabat, cum de tradenda in matrimonium principi filia nubili cogitaret atque hanc adeundi principatus occasionem haberet. adeoque de hoc per quosdam inservientes principi secreto mentionem iniicit, cum ipse quidem existimaret nemini omnino quicquam de hoc consilio constare, fama vero passim id quod moliebatur ad ipsam plebem usque divulgaret: nam ex ipso tumore superbiae et crescente in dies arrogantia, quid haberet in animo, coniiciebant omnes, et odium commune adversus eum augescebat. ipse vero, quasi si delicta modica maioribus de industria facinoribus occultare vellet, aliud quiddam huiusmodi ausus est.

2. Florentius, qui apud transalpinas gentes praefectus praetorii fuerat id temporis quo magnus ille Iulianus dignitatem Caesaris obtinebat, filium habuit Lucianum. hic Rufino patrono utebatur. et praediis suis maximi pretii iam ei cesserat. quo nomine se iuveni Rufinus obligatum nunquam non

νεανίσκῳ διετέλεσεν, ἐπαίνους αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ διεξιών. ὁ δὲ κόμητα τῆς ἑῴας πεποίηκεν· αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν προβεβλημένον αὐτῆς ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς τῆς ἑῴας ἐπαρχίας ἰθύνουσι καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ τὸ δέον πραττομένοις εὐθύνειν. ὁ Λουκιανὸς τοίνυν πᾶσαν ἀρχικὴν ἀρετὴν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἐπιδεικνύμενος ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ πᾶσι τοῖς ἄρχοντα κοσμεῖν δυναμένοις διαβόητος ἦν, οὔτε προσώπων διαφορὰν οὔτε ἕτερόν τι κατὰ νοῦν ἔχων, πλὴν ὧν ὁ νόμος ὑπηγόρευεν. ὥστε ἀμέλει καὶ τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον Εὐχέριον, αἰτοῦντά τι παρὰ τὸ προσῆκον, ἀποσεισάμενος εἰς τοσοῦτον ἐκίνησεν ὥστε πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς αἴτιον εἶπεν εἶναι Ῥουφῖνον ἀνδρὶ τοιούτῳ τοσαύτην ἀρχὴν δεδωκότα, λαβὼν πρόφασιν ὁ Ῥουφῖνος, καὶ ἐφ' οἷς ἐμέμψατο ὁ βασιλεὺς δῆθεν ἀγανακτῶν, οὐδενὶ τὴν γνώμην ἣν εἶχεν ἐκφήνας, ἅμα σφόδρα ὀλίγοις ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἵεται, νυκτός τε βαθείας ἐπιδημήσας τῇ πόλει τὸν Λουκιανὸν συναρπάσας εἰς εὐθύνας ἄγει, κατηγοροῦντος παντάπασιν οὐδενός. σφαίραις δὲ μολιβδίναις αὐτὸν κατὰ τοῦ τένοντος ἐνεκελεύετο παίεσθαι, καὶ διαλιπόντα παραχρῆμα φέρεσθαι φορείῳ κεκαλυμμένον ἐποίει, διδοὺς ἅπασιν ὑπονοεῖν ὡς οὐ τεθνηκὼς εἴη, τεύξεται δὲ πάντως φιλανθρωπίας.

1 Θεοδοσίῳ LP: editi Ἀρκαδίῳ. mox libri ἑσπέρας pro ἑῴας. 2 ἐβούλετο Suidas 2 p. 458. 3 τῆς om L cum Suida. 4 τὸ add Suidas. ἰθύνειν Suidas. 5 ἀρχικὴν om LP. ἄρχοντας Suidas. 8 ὑπηγόρευσεν Suidas. 9 Eucherius Arcadii propatruus, de quo Pagius in Crit. ad a. 382 et diss. Hypat. proleg. n. 27, 28. *R.* 17 Ammian. 29 1 *pondera plumbea.* Constantin. l. 2 c. de exactor. *plumbatarum verbera aut pondera.*

profitebatur, et laudes eius apud imperatorem Theodosium commemorabat. is vero comitem Orientis fecit; cuius magistratus ea potestas est, ut qui eum gerit, omnibus provincias Orientis administrantibus praesit, et quaecunque non aguntur uti par erat, corrigat. itaque Lucianus omnem erga subditos dignam praeside virtutem declarans, ob iustitiam temperantiam ceterasque dotes omnes, quae magistratum ornare possunt, sane quam celebris erat; nec vel personarum discrimen vel aliud quicquam in animo eius haerebat, extra ea quae lex dictaret, ita quidem ut aliquando imperatoris etiam patruum Eucherium, petentem aliquid praeter rationem decori, re non impetrata reiectum, tantopere commoverit ut is hominem apud imperatorem calumnia gravaret. cumque princeps in Rufinum culpam conferret, qui tali viro tantam potestatem dedisset, Rufinus arrepta occasione, quasique principis reprehensionem moleste ferens, nemini consilio suo patefacto cum paucis admodum Antiochiam proficiscitur, et intempesta nocte civitatem ingressus comprehensum Lucianum, nemine prorsus accusante, causam dicere cogit. plumbeis autem pilis in cervicem ei verbera dari iubet; cumque defecisset, mox opertum lectica vehi curat, omnibus eam praebens opinionem, quasi vita necdum amissa quandam omnino humanitatem experturus esset.

καὶ ἡ μὲν πόλις ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ δράματος ἐδυσχέραινεν· ὁ δὲ τιθασσεύων τὸν δῆμον βασιλικὴν ᾠκοδόμει στοάν, ἧς οὐδὲ ἓν ἡ πόλις ἔχει διαπρεπέστερον οἰκοδόμημα.

3. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπανελθὼν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν τὰ περὶ τὴν τοῦ βασιλέως κηδείαν ἐπραγματεύετο, σπεύδων ὅσον οὐδέπω τὴν θυγατέρα τούτῳ συνάψαι. τύχης δέ τινος ἕτερόν τι παρὰ τὸ προσδοκώμενον ἐκείνῳ πρυτανευούσης, διήμαρτε τῆς ἐλπίδος ὁ Ῥουφῖνος ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἤστην δύο παῖδε Προμώτῳ, Θεοδοσίου περιόντος ἔτι τοῖς αὐτοῦ παισὶ συναναστρεφόμενοι· τούτων δ' ἅτερος εἶχε παρ' ἑαυτῷ παρθένον κάλλει λάμπουσαν ἐξαισίῳ. ταύτην Εὐτρόπιος, εἷς τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων, ἀγαγέσθαι παρῄνει τῷ βασιλεῖ, τὰ περὶ τοῦ κάλλους διεξιών. ἐπεὶ δὲ τοὺς λόγους ἡδέως ἑώρα δεχόμενον, ἔδειξε τῆς κόρης εἰκόνα, ταύτῃ τε πρὸς μείζονα τὸν Ἀρκάδιον ἐγείρας ἐπιθυμίαν ἔπεισε τὸν ταύτης γάμον ἑλέσθαι, Ῥουφίνου μηδὲν ἐπισταμένου τῶν πραττομένων, οἰομένου δὲ ὅσον οὐδέπω τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ βασιλεῖ συνοικήσειν, κοινωνήσειν τε αὐτῷ μετ' οὐ πολὺ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς. ὡς δὲ τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πρᾶξιν ἐθεάσατο κατωρθωμένην ὁ εὐνοῦχος αὐτῷ, χορεύειν τῷ δήμῳ καὶ στεφανηφορεῖν ὡς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐκέλευε γάμοις, ἐσθῆτα δὲ βασιλεῖ πρέπουσαν καὶ κόσμον ἐκ τῶν βασιλείων λαβών, ταύτην τε φέρειν δοὺς βασιλικοῖς ὑπηρέταις, ἦγε διὰ μέσης τῆς πόλεως ἡγου-

9 *συνανατρεφόμενοι* Leunclavius. 10 *παρθένον*] nomine *Eudoxiam*.

et urbe quidem ipsa facinus insolens aegerrime ferente, Rufinus plebem demulcens regiam porticum exstruxit, qua nullum habet urbs aedificium splendidius.

3. His peractis Cpolim reversus, impetrandae affinitatis imperatoriae negotium aggreditur, magisque quam unquam alias principi filiam in matrimonium collocare studet. sed cum casus quidam aliud ei quippiam praeter exspectationem procuraret, ex huiusmodi causa spe Rufinus excidit. erant duo Promoti filii, qui adhuc superstite Theodosio cum liberis eius educabantur. horum alter apud se virginem habebat eximia pulchritudine spectabilem. hanc Eutropius, unus ex inservientibus imperatori eunuchis, ut uxorem princeps duceret, venustate puellae praedicata cohortatur. cumque videret principem, quae diceret, non illubenter admittere, monstrata puellae imagine perque hanc Arcadio maius ad desiderium incitato, huius uti nuptias amplecteretur, persuasit, Rufino eorum ignaro quae tractarentur, et existimante tantum non propediem filiam suam principi nupturam, seque non multo post illius in summo imperio consortem futurum. eunuchus autem conspicatus iam confectum ab se nuptiarum negotium, tripudiare populum et sertis uti, velut in nuptiis principis fieri consuesset, iubet. cumque vestem, quae principem deceret, et mundum e regia sumpsisset, eaque gestanda ministris imperatoris dedisset, populo praeeunte per urbem mediam incedit. ratis au-

μένου τοῦ δήμου. πάντων δὲ τῇ Ῥουφίνου ταῦτα δοθήσεσθαι θυγατρὶ . . . καὶ συμπαρατρεχόντων τοῖς φορεῦσιν, ἐπειδὴ προϊόντες ἐγένοντο τῆς Προμώτου πλησίον οἰκίας, εἰσῄεσάν τε μετὰ τῶν ἕδνων καὶ ἀποδόντες τῇ παρὰ τῷ Προμώτου παιδὶ τρεφομένῃ παρθένῳ τὴν τῷ βασιλεῖ συνοικεῖν μέλλουσαν ἔδειξαν. οὕτως ὁ Ῥουφῖνος τῆς ἐλπίδος ἀποκρουσθείς, ἐπειδὴ συνοικοῦσαν ἄλλην ἑώρα, τὸ λειπόμενον ἐσκόπει, πῶς ἂν καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἐκποδὼν ποιήσειε. καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τὴν Ἀρκαδίου βασιλείαν ἐν τούτοις ἦν.

a. 398 4. Στελίχων δὲ τῆς κατὰ τὴν ἑσπέραν βασιλείας ἐπιτροπεύων ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ὀνωρίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπὸ Σερήνας οὖσαν αὐτῷ θυγατέρα· Σερήνα δὲ ἦν παῖς Ὀνωρίου, ὃς Θεοδοσίῳ τῷ τῶν βασιλευόντων πατρὶ γέγονεν ἀδελφός. ὀχυρώσας δὲ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα κηδείᾳ τὴν δύναμιν, καὶ ἄλλως ἅπαν σχεδὸν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ὑπήκοον εἶχε· τελευτήσαντος γὰρ μετὰ τὴν Εὐγενίου καθαίρεσιν ἐν Ἰταλίᾳ Θεοδοσίου στρατηγὸς ὢν τοῦ παντὸς στρατεύματος ὁ Στελίχων, εἴ τι δυνατὸν αὐτοῦ καὶ πολεμικώτατον ἦν, τοῦτο κατέσχε, τὸ δὲ ἀπεσκληκὸς καὶ ἀπόβλητον χωρεῖν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἠφίει. καὶ ταῦτα διαθείς, ἔχων τε πρὸς Ῥουφῖνον ἐγκότως οἷα δύναμιν αὐτῷ ἀντίρροπον κατὰ τὴν ἑῴαν ἔχειν βουλόμενον, ὡς Ἀρκάδιον ἰέναι διενοεῖτο, διαθεῖναι κατ' ἐξουσίαν καὶ τὰ κατ' ἐκεῖνον ἐθέλων· ἔλεγε γὰρ ἐπιτετράφθαι

2 post θυγατρὶ deest νομιζόντων vel simile quodpiam participium. *S.* 12 θυγατέρα] *Mariam.* vid. c. 12. 17 pro πολεμικώτατον aptius fortasse legemus πολέμοις ἁρμόδιον. *S.*

tem omnibus haec Rufini filiae datum iri, et illos comitantibus qui ea ferebant, ubi progrediendo propius ad Promoti domum accessissent, cum donis hanc sponsaliciis intrant, eisque puellae virgini traditis quae apud filium Promoti educabatur, quaenam principis futura coniux esset ostenderunt. hoc modo Rufinus spe sua deiectus, qui aliam cum principe nuptam cerneret, quod reliquum erat dispiciebat, qua via Eutropium quoque de medio tolleret. et Arcadiani quidem imperii res in hoc statu erant.

4. Stelicho vero, qui regni occidentalis curam gerebat, Honorio principi filiam, quam susceperat ex Serena, matrimonio copulat. et istaec Serena filia erat Honorii, qui Theodosii principum parentis frater fuit. communita vero per imperatoris affinitatem potentia, ceteroquin etiam propemodum universas Romanorum copias sibi subiectas habebat. nam cum post deiectum imperio Eugenium Theodosius in Italia rebus humanis excessisset, Stelicho, qui dux totius exercitus erat, robustissimos et bellicosissimos quosque milites sibi retinuerat, viribus exhaustos et reiiculos in Orientem ablegans. his ita constitutis, cum Rufino succenseret, qui potestatem suae parem per Orientem habere vellet, ad Arcadium proficisci cogitabat, cupiens et illius res pro lubitu suo disponere. quippe dicebat ab Theodosio

παρὰ Θεοδοσίου τελευτᾶν μέλλοντος τὰ κατ' ἄμφω τοὺς βασιλέας a. 395
ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι. (5) τούτων ὁ Ῥουφῖνος αἰσθόμενος ἐκ πάσης ἐβουλεύετο μηχανῆς ἐκποδὼν γενέσθαι τὴν Στελίχωνος ἐπὶ τὴν ἑῴαν ὁρμήν, καταλῦσαι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ἀσθενεστέραν τὴν οὖσαν Ἀρκαδίῳ στρατιωτικὴν δύναμιν καταστῆσαι. ταῦτα δὴ πάντα πραγματευόμενος ἄνδρας εὗρε πρὸς ταῦτα πονηροτέρους ἤπερ ἐβούλετο, οἷς χρησάμενος μεγάλων ἦρξε τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ κακῶν. τὸ δὲ ὅπως ἐρῶ. Μουσώνιος, Ἕλλην ἀνὴρ καὶ παιδείας ἥκων εἰς ἄκρον, τριῶν ἐγένετο παίδων πατήρ, οἷς ὀνόματα ἦν Μουσώνιος καὶ Ἀντίοχος καὶ Ἀξίοχος. ἀλλὰ Μουσώνιος μὲν καὶ Ἀξίοχος παιδείᾳ καὶ καλοκἀγαθίᾳ τὰς τοῦ πατρὸς ἐπεθύμουν παραδραμεῖν ἀρετάς, Ἀντίοχος δὲ πᾶσιν ἐνηβρύνετο τοῖς ἐναντίοις, αὐτὸς πονηρίας ὄργανον ὤν. τοῦτον ἁρμόδιον οἷς ἐβούλετο Ῥουφῖνος εὑρὼν ἀνθύπατον καθίστησι τῆς Ἑλλάδος, ἕτοιμον ἐθέλων τοῖς ἐπιοῦσι βαρβάροις ποιῆσαι τὴν αὐτῆς ἀπώλειαν, καὶ Γεροντίῳ τὴν ἐν Θερμοπύλαις παραδοὺς φυλακήν, ὑπηρετησομένῳ ταῖς αὐτοῦ κατὰ τῆς πολιτείας ἐννοίαις. ταῦτα Ῥουφῖνος πονηρευσάμενος, ἐπειδὴ στασιάζοντα καὶ ἀλλοτριώσαντα τῶν νόμων ἑαυτὸν ἐθεώρησεν Ἀλάριχον (ἠγανάκτει γὰρ ὅτι μὴ στρατιωτικῶν ἡγεῖτο δυνάμεων ἀλλὰ μόνους εἶχε τοὺς βαρβάρους, οὓς Θεοδόσιος ἔτυχεν αὐτῷ παραδοὺς ὅτε σὺν αὐτῷ τὴν Εὐγενίου τυραννίδα καθεῖλε), τότε τοίνυν ἐσήμαινε δι' ἀπορρήτων αὐτῷ προσωτέρω τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους ἢ ἄλλως σύγκλυ-

16 καὶ om P.

morituro sibi datum in mandatis ut omni cura principem utrumque complecteretur. (5) haec Rufinus animadvertens, quavis arte moliebatur ut profectionem Stelichonis in Orientem averteret, nihiloque minus Arcadii copias militares dissiparet ac debiliores redderet. quae omnia sollerter agere instituens, homines nequiores ad ista perficienda repperit quam cuperet; quorum usus opera magnorum imperio Romano malorum auctor exstitit. et quonam id pacto, dicam. Musonius homo Graecus, qui summum doctrinae fastigium attigit, tres habuit filios, Musonium Antiochum et Axiochum. Musonius et Axiochus eruditione pariter et integritate virtutes paternas superare contendebant, Antiochus omnibus diversis studiis oblectabatur et instrumentum improbitatis erat. hunc Rufinus idoneum instituto suo repertum pro consule rebus Graeciae praeficit, dum facilem irruentibus barbaris Graeciae vastationem efficere nititur, simulque Gerontio praesidium ad Thermopylas tradit, qui et ipse consiliis eius adversus rem publicam subserviturus esset. his a Rufino per summam nequitiam designatis, posteaquam seditiosum esse legibusque semet eximere vidit Alarichum, qui permoleste ferret militum se copiis haud praefici, sed eos duntaxat habere barbaros quos ei tradiderat Theodosius quo tempore cum illo tyrannidem Eugenianam everterat, secreto ei significat ut, quos secum haberet barbaros aliosve collecticios di-

δας ὄντας ἐξαγαγεῖν, ὡς ἑτοίμων ἁπάντων εἰς ἅλωσιν ἐσομένων. ἐπὶ τούτοις Ἀλάριχος τῶν Θρᾴκης ἀπανίστατο τόπων, καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν προῄει καὶ Θεσσαλίαν, πάντα καταστρεφόμενος τὰ ἐν μέσῳ. γενόμενος δὲ Θερμοπυλῶν πλησίον ἔπεμπε λάθρᾳ πρὸς Ἀντίοχον τὸν ἀνθύπατον καὶ Γερόντιον τὸν ἐφεστηκότα τῇ Θερμοπυλῶν φυλακῇ τοὺς τὴν ἔφοδον ἀγγελοῦντας. καὶ ὁ μὲν ἀπε-
a. 396 χώρει μετὰ τῶν φυλάκων, ἐνδιδοὺς ἐλευθέραν καὶ ἀκώλυτον τὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάροδον τοῖς βαρβάροις· οἱ δὲ ἐπὶ λείαν ἕτοιμον τῶν ἀγρῶν καὶ παντελῆ τῶν πόλεων ἀπώλειαν ἐχώρουν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀποσφάττοντες, παιδάρια δὲ καὶ γυναῖκας ἀγεληδὸν ἅμα τῷ πλούτῳ παντὶ ληϊζόμενοι. καὶ ἡ μὲν Βοιωτία πᾶσα, καὶ ὅσα μετὰ τὴν ἀπὸ Θερμοπυλῶν εἴσοδον Ἑλληνικὰ ἔθνη διῆλθον οἱ βάρβαροι, ἔκειντο τὴν ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν καταστροφὴν διδόντα τοῖς θεωμένοις ὁρᾶν, μόνων Θηβαίων διὰ τὸ τῆς πόλεως ὀχυρὸν περισωθέντων, καὶ ὅτι σπεύδων τὰς Ἀθήνας ἑλεῖν Ἀλάριχος οὐκ ἐπέμενε τῇ τούτων πολιορκίᾳ. Θηβαίων τοίνυν διὰ τοῦτο ἐκπεφευγότων ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐχώρει, ῥᾷστα τὴν πόλιν οἰόμενος ἑλεῖν διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔνδον φυλαχθῆναι οὐ δυναμένην, καὶ προσέτι τοῦ Πειραιῶς ἐχομένου σπάνει τῶν ἐπιτηδείων μετ᾽ οὐ πολὺ πολιορκουμένους ἐνδώσειν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἀλάριχος ἐν ταύταις ἦν ταῖς ἐλπίσιν, ἔμελλε δὲ ἡ τῆς πόλεως ἀρχαιότης καὶ ἐν οὕτω δυσσεβέσι κακοῖς θείαν τινὰ πρόνοιαν ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐπισπάσασθαι καὶ μένειν ἀπόρθητος. (6) ἄξιον δὲ μηδὲ τὴν αἰ-

versarum gentium milites, ulterius duceret, omnibus absque labore potiturus. his fretus Alarichus e Thracia discedit et in Macedoniam Thessaliamque progreditur, interiectis omnibus excidio datis. propius autem ad Thermopylas delatus clam ad proconsulem Antiochum mittit, et ad Gerontium Thermopylarum custodiae praefectum, qui suum eis adventum nuntiarent. Gerontius cum praesidiariis abscedit, transitumque liberum omni absque impedimento barbaris in Graeciam relinquit. illi vero ad agros nullo negotio diripiendos et delendas penitus urbes progrediuntur, quicquid virilis sexus esset aetatisque puberis, interimunt; pueros et mulierculas gregatim una cum opibus universis ceu partam praedam abigunt. ac Boeotia quidem universa ceterique Graecorum populi, quoscunque post suum de Thermopylis ingressum transiere barbari, prostrati iacebant, ac vastitatem ab illo tempore suam nunc quoque spectantium oculis exhibent, solis Thebanis partim ob urbis munitionem conservatis, partim quod Alarichus Athenas capere properans earum obsidioni non inhaesisset. cum igitur ob hanc causam Thebani discrimen evasissent, Athenas contendit, facillime se urbem occupaturum ratus, quod propter amplitudinem interiorem custodiri non posset; quodque praeterea in potestate Piraeeum haberet, non multo post inopia commeatus obsessos deditionem facturos putabat. et Alarichus quidem has spes fovebat. verum urbis antiquitas etiam in tam impiis malis divinam quandam providentiam evocatura pro se ac mansura vastationis expers erat. (6) operae

τίαν δι' ἣν ἡ πόλις περιεσώθη, θεοπρεπῆ τινὰ οὖσαν καὶ εἰς εὐσέβειαν τοὺς ἀκούοντας ἐπικαλουμένην, σιωπῇ διελθεῖν. ἐπιὼν Ἀλάριχος πανστρατιᾷ τῇ πόλει τὸ μὲν τεῖχος ἑώρα περινοστοῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἔστιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν, ὡπλισμένην καὶ οἷον τοῖς ἐπιοῦσιν ἐνίστασθαι μέλλουσαν, τοῖς δὲ τείχεσι προεστῶτα τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρω τοιοῦτον οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωσὶν ἔδειξεν Ὅμηρος, ὅτε κατ' ὀργὴν τῷ θανάτῳ τοῦ Πατρόκλου τιμωρῶν ἐπολέμει. ταύτην ὁ Ἀλάριχος τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκὼν πάσης μὲν ἀπέστη κατὰ τῆς πόλεως ἐγχειρήσεως, ἐπεκηρυκεύετο δέ. καὶ προσδεξαμένων τοὺς λόγους, ὅρκους τε λαβόντων καὶ δόντων, εἰσῄει σὺν ὀλίγοις Ἀλάριχος εἰς τὰς Ἀθήνας. τυχὼν δὲ φιλοφροσύνης ἁπάσης, λουσάμενός τε καὶ κοινωνήσας ἑστιάσεως τοῖς ἐν τῇ πόλει λογάσι, καὶ προσέτι γε δῶρα λαβών, ἀνεχώρει τήν τε πόλιν ἀβλαβῆ καὶ τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν καταλιπών. καὶ ἡ μὲν Ἀθηναίων πόλις ἐν τῷ κατὰ τὴν Οὐάλεντος βασιλείαν γενομένῳ σεισμῷ, πᾶσαν κατασείσαντος τὴν Ἑλλάδα, μόνη περιεσώθη κατὰ τὸν εἰρημένον μοι τρόπον ἐν τῷ προλαβόντι βιβλίῳ, καὶ νῦν εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσα κινδύνου διέφυγεν· Ἀλάριχος δὲ τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν ἀπόρθητον ἀπολιπὼν δέει τῶν φανέντων φασμάτων ἐπὶ τὴν Μεγαρίδα παρῄει, καὶ ταύτην ἑλὼν ἐξ ἐπιδρομῆς τῆς ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλάσεως εἴχετο, μηδεμιᾶς πειρώμενος

5 particula οἷον forsan e sequentibus huc irrepsit. *S.* 7 Il. υ 164. 15 ἔν τε τῷ? 16 κατασείσαντος] subauditur τοῦ θεοῦ, ut in impersonalibus ἀστράπτει, βροντᾷ, ὕει et similibus. *S.* 17 p. 192 9.

vero pretium fuerit ne causam quidem ob quam urbs servata fuit, sane divinam et excitantem auditores ad pietatem, silentio praeteriri. cum ad urbem Alarichus universis cum copiis accederet, murum quidem circumlustrantem vidit propugnatricem Minervam, ea specie qua inter simulacra conspicitur, armatam scilicet quasique iam adeuntes invasuram, ante moenia vero stantem Achillem heroa, talem omnino qualem Troianis Homerus exhibuit, cum ira stimulante Patrocli necem ulturus in eos pugnaret. hoc spectrum non ferens Alarichus, omni adversus urbem conatu intermisso, pacem per praecones civibus offert; quorum illi cum orationem probassent, sacramentis ultro citroque praestitis cum paucis Athenas Alarichus ingressus est. exceptus omni genere comitatis, posteaquam et lavisset et cum selectissimis in urbe viris fuisset epulatus et praeterea muneribus cultus, urbe pariter et Attica tota sine ullo maleficio cessit. ac civitas quidem Atheniensis tum eo terrae motu, qui Valente principe contigit et universam succussit Graeciam, sola mansit incolumis, quemadmodum praecedente libro diximus; tum hoc tempore in extremum adducta discrimen evasit. Alarichus vero cum Atticam totam, nulla foedatam vastitate, metu spectrorum quae apparuerant reliquisset, in Megaridem transit; et oppido primo impetu capto versus Pel -

ἀντιστάσεως. ἐνδόντος δὲ αὐτῷ Γεροντίου τὸν Ἰσθμὸν διαβῆναι, πάντα λοιπὸν ἦν αὐτῷ δίχα πόνου καὶ μάχης ἁλώσιμα, τῶν πόλεων διὰ τὴν ἀσφάλειαν ἣν ὁ Ἰσθμὸς παρεῖχεν αὐταῖς ἀτειχίστων οὐσῶν. εὐθέως οὖν ἡ Κόρινθος πρώτη κατὰ κράτος ἡλίσκετο καὶ τὰ πρόσοικα ταύτῃ πολίχνια καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὸ Ἄργος καὶ ὅσα ἦν αὐτῆς τε καὶ Λακεδαίμονος ἐν μέσῳ χωρία. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῇ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἁλώσει, μήτε ὅπλοις ἔτι μήτε ἀνδράσι μαχίμοις τετειχισμένη διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πλεονεξίαν, ἀλλ᾽ ἄρχουσιν ἐκδεδομένη προδόταις καὶ τῇ τῶν κρατούντων ἡδονῇ προθύμως ὑπηρετουμένοις εἰς ἅπαντα τὰ πρὸς κοινὸν ὄλεθρον φέροντα.

7. Ῥουφῖνος μὲν οὖν, ἀγγελθέντος αὐτῷ τοῦ περὶ τὴν Ἑλλάδα πάθους, ἐπίδοσιν ἐλάμβανεν ἧς εἶχε περὶ τὴν βασιλείαν ἐπιθυμίας· συνταραττομένου γὰρ τοῦ πολιτεύματος οὐδὲν ἐμποδὼν ᾤετο αὐτῷ φανήσεσθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν· Στελίχων δὲ ναυσὶ στρατιώτας ἐμβιβάσας τοῖς κατὰ τὴν Ἀχαΐαν δυστυχήμασιν ὥρμητο βοηθεῖν, καὶ τῇ Πελοποννήσῳ προσσχὼν εἰς Φολόην συμφυγεῖν τοὺς βαρβάρους ἠνάγκασε. καὶ ῥᾷστα διέφθειρεν ἂν αὐτοὺς σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, εἰ μὴ τρυφῇ καὶ μίμοις γελοίων ἥκιστά τε αἰσχυνομέναις γυναιξὶν ἐκδοὺς ἑαυτὸν ἀφῆκε τοὺς στρατιώτας ὅσα καταλελοίπασιν οἱ βάρβαροι ἁρπάζειν, τοῦ τε δοῦναι τοῖς πολεμίοις εὐρυχωρίαν ἀναχωρήσασι τῆς Πελοποννήσου μετὰ πάσης τῆς λείας εἰς τὴν Ἤπειρον διαβῆναι καὶ τὰς ἐν

21 τοῦ τε] ὥστε?

ponnesum properat, invento nemine qui resisteret. cumque Gerontius Isthmi transeundi copiam ei fecisset, omnes ab eo deinceps urbes capi citra laborem et pugnam poterant, quod nullis essent munitae moenibus, velut Isthmi praesidio securae. confestim ergo prima Corinthus cum finitimis oppidis vi capitur, et secundum hanc Argos una cum iis locis quae inter hanc et Lacedaemonem interiacent. ipsa quoque in societatem captae Graeciae Sparta venit, nec armis amplius nec idoneis ad pugnam viris munita propter Romanorum avaritiam, sed iis exposita magistratibus, qui et proditores essent et illorum libidini qui rerum potirentur percupide in omnibus, ad perniciem publicam spectantibus, inservirent.

7. Nuntiata Rufino Graeciae calamitate, cupiditas imperii, qua flagrabat, incrementum sumere: nam conturbata re publica nihil impedimento sibi futurum in eiusmodi conatu existimabat. at Stelicho, militibus in naves impositis, ad opem adversis Achaiae rebus ferendam proficiscitur. cumque in Peloponnesum appulisset, barbaros in Pholoen fugere coëgit; et facillime commeatus eos inopia delevisset, nisi deliciis et mimis ridiculorum et parum verecundis mulierculis se dedisset, ac militibus quaecunque barbari reliquerant diripiendi potestatem fecisset, hostibusque spatium concedendi, ut e Peloponneso cum omni praeda regressi in Epirum transirent et in urbes eius

ταύτῃ λῄσασθαι πόλεις. ὅπερ αὐτοὺς ὁ Στελίχων πεποιηκότας ἰδὼν ἄπρακτος ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπέπλευσε, μείζονα καὶ χαλεπώτερα τοῖς Ἕλλησι κακὰ δι' ὧν ἐπήγετο στρατιωτῶν ἐπιθείς. ἐπεὶ δὲ παρεγένετο, παραχρῆμα θάνατον ἔγνω Ῥουφίνῳ κατασκευάσαι τρόπῳ τοιῷδε. πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται λόγους Ὁνώριον ὡς προσήκει τέλη τινὰ στρατιωτικὰ στεῖλαι πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἀδελφόν, ἐπαμυνοῦντα τοῖς ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῇ τούτου κεκακωμένοις ἔθνεσι. καὶ ὅπερ ἐγνώκει πράττειν ἐπιτραπεὶς ἔταττε τοὺς ἐπὶ τοῦτο σταλησομένους, Γαΐνην δὲ αὐτοῖς ἐπιστήσας ἡγεμόνα, ὅσα ἐπὶ Ῥουφίνου διενοεῖτο ἐξεῖπε. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἤδη πλησίον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὄντων, φθάσας ὁ Γαΐνης ἀπήγγειλεν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν, καὶ ὡς παραγένοιντο τοῖς πράγμασι πεπονηκόσιν ἐφιέμενοι βοηθεῖν. τοῦ δὲ βασιλέως ἡσθέντος ἐπὶ τῇ τούτων ἀφίξει, ὑπαντῆσαι τοῖς στρατιώταις εἰσιέναι μέλλουσι παρεκάλεσε τὸν βασιλέα Γαΐνης· ταύτης γὰρ τῆς τιμῆς ἠξιῶσθαι τοὺς στρατιώτας ἔλεγε σύνηθες εἶναι. πεισθέντος δὲ τοῦ βασιλέως καὶ πρὸ τῆς πόλεως ὑπαντήσαντος, ἐπειδὴ προσκυνήσαντες τῆς προσηκούσης ἠξιώθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως φιλοφροσύνης, δόντος Γαΐνου τὸ σύνθημα πάντες ὁμοῦ τὸν Ῥου- a. 395
φῖνον ἀπολαβόντες ἐν μέσῳ τοῖς ξίφεσι παίουσι· καὶ ὁ μὲν ἀφῄρητο τῆς δεξιᾶς, ὁ δὲ τὴν ἑτέραν ἔκοπτεν, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ τραχήλου χωρίσας ἀπῄει, παιᾶνας ᾄδων ἐπινικίους. ἐς τοσοῦτον

8 ἐξέταττε *H*, coll. 5 21 1: ἐξέτασσε τοὺς βαρβάρους.

grassarentur. quod eos fecisse conspicatus Stelicho rebus infectis in Italiam navigat, cum maiora gravioraque Graecis intulisset mala per eos milites quos secum adduxerat. in Italiam cum appulisset, confestim Rufino necem struere modo quodam tali decrevit. ad Honorium principem refert quasdam militum cohortes ad Arcadium fratrem mittendas esse, quae afflictas misere sub eius imperio nationes tuerentur. cumque iussus esset id exsequi quod decrevisset, milites ad hanc rem perficiendam mittendos ordinat. quibus ubi Gainam ducem praefecisset, quae suae de Rufino cogitationes essent exponit. ubi prope iam a Cpoli milites aberant, antegressus Gainas Arcadio principi militum adventum nuntiat, eos adesse studio rebus laborantibus succurrendi commemorans. imperatore propter eorum adventum laetitia perfuso, Gainas hortatur ut ingressuris urbem militibus ipse princeps obviam prodiret: aiebat enim ex more militibus honorem hunc haberi. cum obsecutus imperator ante urbem eis occurrisset, ac milites eum venerati vicissim a principe perbenigne fuissent excepti, data ab Gaina tessera simul universi Rufinum in medio interceptum gladiis feriunt; et hic quidem adimebat ei dextram, ille manum alteram praecidebat, alius capite discedebat a cervice revulso, consuetas victoriis ovationes accinens. usque adeo vero ludibriis interemptum afficie-

δὲ ἐπετώθασαν ὥστε τὴν χεῖρα πανταχῇ τῆς πόλεως περιάγειν, αἰτεῖν τε ἀργύριον δοῦναι τῷ ἀπλήστῳ τοὺς προστυγχάνοντας.

8. Ῥουφῖνος μὲν οὖν ἰδίᾳ τε πολλοῖς κακῶν ἀφορήτων γενόμενος αἴτιος καὶ τῇ πολιτείᾳ λυμηνάμενος ἁπάσῃ δίκην ἐξέτισε τῶν πεπονηρευμένων ἀξίαν, Εὐτρόπιος δὲ πρὸς πάντα Στελίχωνι συνεργήσας τὰ κατὰ τούτου βεβουλευμένα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ πραττομένων κύριος ἦν. καὶ τὴν μὲν Ῥουφίνου περιουσίαν κατὰ τὸ πλέον ἐσφετερίζετο, καὶ ἑτέρους ἐνδιδοὺς ἐκ ταύτης οἰκειοῦσθαι τὰ ὁπωσοῦν ἄξια τῆς αὐτοῦ κτήσεως νομιζόμενα· τῆς δὲ Ῥουφίνου γαμετῆς σὺν τῇ θυγατρὶ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ προσδραμούσης δέει τοῦ μὴ συναπολέσθαι τῷ ἀνδρί, πίστιν δοὺς ὁ Εὐτρόπιος ἐφῆκεν αὐταῖς εἰς τὴν κατὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν ἐκπλεῦσαι, πάλαι μὲν οἰκητήριον Ἰουδαίων οὖσαν, ἀπὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας ὑπὸ Χριστιανῶν τιμωμένην οἰκοδομήμασιν. ἐκεῖναι μὲν οὖν αὐτόθι τὸν λειπόμενον τοῦ βίου διέτριψαν χρόνον· Εὐτρόπιος δὲ πάντας, ὧν εἴη τις λόγος, ἐκποδὼν καταστῆσαι
a. 396 βουλόμενος, ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ, καὶ ἐπὶ Τιμασίῳ στρατιωτικῶν ἡγησαμένῳ ταγμάτων ἀπὸ τῶν Οὐάλεντος καὶ πολλῶν μετασχόντι πολέμων ἐπιβουλὴν ἵστησιν, οὐδεμιᾶς αἰτίας ὑπούσης. ἦν δὲ ἡ συκοφαντία τοιάδε. (9) Βάργος ἐκ τῆς ἐν Συρίᾳ Λαοδικείας ὁρμώμενος, ἀλλᾶντας ὠνίους ἐπ' ἀγορᾷ προτιθείς, ἐπί τισιν ἁλοὺς ἀτοπήμασιν ἀπὸ

9 *αὐτῶν* L margo. 16 *εἴη H*, *ἦν S*, *εἶ* LP. 18 *ἀπὸ τῶν Οὐάλεντος*] subaudiendum *χρόνων*. *S.* 22 usitatius *ἐπ' ἀγορᾶς*. sed cf. 5 11.

bant, ut et manum eius ubique per urbem circumgestarent, et ab occurrentibus peterent, insatiabili stipem darent.

8. Ac Rufinus quidem, qui compluribus intolerabilium malorum privatim auctor exstiterat et universae rei publicae detrimentum attulerat, dignas admissis facinoribus diris poenas luit. Eutropius autem, opera Stelichoni navata in omnibus quae contra Rufinum ille machinatus fuerat, iam iis quae agerentur in aula plena cum potestate praeerat. ac Rufini quidem facultates sibi maiori ex parte vindicat, cum aliis quoque concessisset, ut ex iis ea sibi sumerent quae possideri ab eis posse quoquo modo viderentur. uxori vero filiaeque Rufini, ad ecclesiam Christianorum metu confugientibus, ne cum illo perirent, Eutropius fide data permisit ut Hierosolymorum ad urbem navigarent, quae olim Iudaeorum domicilium fuit, sed ab imperio Constantini a Christianis ornari aedificiis coepit. hic illae reliquum vitae tempus exegerunt. ceterum Eutropius omnes, qui essent alicuius auctoritatis, submovere volens, ne quis alius praeter ipsum potestate imperatori proximus esset, etiam Timasio, qui a Valentis usque temporibus dignitatem magistri militum habuerat et pluribus interfuerat bellis, nulla iusta de causa insidias struit. erat autem huiusmodi calumnia. (9) Bargus oriundus Laodicea, quod oppidum est Syriae, lucanicarum in foro institor, in flagitiis quibus-

τῆς Λαοδικείας εἰς τὰς Σάρδεις ἦλθε φυγάς, εἶτα κἀκεῖσε φανεὶς οἷος ἦν, ἐπὶ πονηρίᾳ διεβεβόητο. τοῦτον ὁ Τιμάσιος ταῖς Σάρδεσιν ἐπιδημήσας, στωμύλον ἰδὼν δεινόν τε κολακείᾳ ῥᾳδίως ὑπαγαγέσθαι τοὺς προστυγχάνοντας, ᾠκειώσατό τε καὶ παραχρῆμα στρατιωτικοῦ τέλους ἔταξεν ἄρχειν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἑαυτῷ συναπήγαγεν. οὐκ ἐπαινούντων δὲ τῶν ἐν τέλει τὸ γεγονὸς (ἔτυχε γὰρ πρότερον ὁ Βάργος διά τινα πονηρεύματα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει διατριβῆς ἀποκεκλεισμένος) ὄργανον ἐπιτήδειον Εὐτρόπιος εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου συκοφαντίαν τὸν ἄνδρα τοῦτον εὑρὼν ἵστησι κατήγορον αὐτῷ, γραμμάτια δεικνύντα ψευδῆ, βασιλείας ἐπιθυμίαν ἐπιφέροντα Τιμασίῳ. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς προυκάθητο δικαστής, Εὐτρόπιος δὲ παρεστώς, ἐπειδὴ καὶ τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων, τῆς πάσης ψήφου κύριος ἦν. πάντων δὲ δυσανασχετούντων ἐφ' οἷς ἀλλαντοπώλης ἄνθρωπος τὸν ἐν ἀρχαῖς καὶ ἀξίαις διαπρέψαντα τοσαύταις ἵστατο κρίνων, ἀνεχώρει μὲν τῆς κρίσεως ὁ βασιλεύς, ἐπέτρεπε δὲ ταύτην Σατορνίνῳ καὶ Προκοπίῳ. τούτοιν δὲ ὁ μὲν εἰς βαθὺ γῆρας ἦν προελθὼν καὶ μεγάλαις τετιμημένος ἀξίαις, οὐκ ἔξω δὲ κολακείας, ἀλλ' εἰωθὼς ἐν ταῖς κρίσεσι τὰς τῶν βασιλεῖ παραδυναστευόντων θεραπεύειν ὁρμάς τε καὶ γνώμας· ὁ δὲ Προκόπιος τοῦ μὲν βασιλέως ἐγγόνει

11 γραμμάτεια P. 16 κρίνων h. l. de delatore s. accusatore, qui in iudicium adduxit: εἰς κρίσιν ὑπάγων. *H.* 18 μὲν εἰς εἰς P. 21 Προκόπιος ab Ammiano (26 14) *Petronius patricius*, Valentis socer vocatur: etiam in l. 7 c. Th. *de filiis militarium*. ergo in nomine fortassis error est apud Zosimum. *Valesius.* Tille-

dam deprehensus Laodicea Sardes profugerat; ubi cum talem se gereret qualis erat, malitia nobilitatur. hunc Timasius, qui Sardes venerat, cum facetum videret, ac mirum artificem quibusvis hominibus, in quos incideret, assentando facile sibi conciliandis, in familiaritatem admittit et confestim cohorti militum praeficit. nec illo contentus etiam Cpolim secum abducit. hoc factum non probantibus iis qui erant in magistratu, quod Bargo iam ante propter admissa quaedam improba facinora fuisset interdictum ne Cpoli degeret, Eutropius, homine reperto quo ad struendam Timasio calumniam uteretur, velut instrumento idoneo, summittit hunc accusatorem Timasio, libellos falsos praeferentem, qui affectati crimen imperii Timasio impingerent. imperator iudicis officio fungens praesidebat; Eutropius adstans, qui cubiculis augustalibus in universum praepositus esset, ferendae sententiae penes se potestatem habebat. cum moleste ferrent omnes institorem farciminum tot muneribus atque dignitatibus illustri viro crimen intentare, princeps relicto iudicio id ipsum Saturnino et Procopio committit. horum alter provectioris aetatis erat magnisque perfunctus honoribus, non tamen adulationis expers, sed qui consuesset in iudiciis eorum qui secundum principem summam potentiam obtinebant studiis et animis obsequi. Procopius autem

Οὐάλεντος κηδεστής, σκαιὸς δέ τις ὢν καὶ ἀνάγωγος ἔν τισιν ἐδόκει τἀληθῆ μετὰ παρρησίας ἐκφαίνειν. ὥστε ἀμέλει καὶ τότε συνενεχθεὶς εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου ψῆφον τῷ Σατουρνίνῳ τοῦτο προσέθηκεν, ὡς οὐκ ἔδει Τιμασίου Βάργον εἶναι κατήγορον, οὐδὲ τὸν τοσαύταις ἀρχαῖς διαπρέψαντα καὶ ἀξίαις εὐτελοῦς ἀνθρώπου καὶ ἀνασεσυρμένου συκοφαντίαις ἁλῶναι, καὶ ὅπερ ἦν ἀτοπώτατον, εὐεργέτην ὑπὸ τοῦ παθόντος εὖ πράγματα πάσχειν. ὤνησε δὲ οὐδὲν ταύτῃ χρησάμενος τῇ παρρησίᾳ Προκόπιος, ἀλλ' ἡ μὲν Σατουρνίνου ψῆφος ἐκράτει σφόδρα ἐπαινεθεῖσα, Τιμάσιος δὲ τῇ Ὀάσεως οἰκήσει παραδοθεὶς ἀπηλαύνετο, φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης. τόπος δὲ ἦν οὗτος λυπρότατος καὶ οὐδενὶ τῶν αὐτῷ παραδιδομένων ἀναχωρεῖν ἐνδιδούς· ἥ τε γὰρ ἐν μέσῳ γῆ ψαμμώδης οὖσα καὶ παντάπασιν ἔρημος καὶ ἀοίκητος ἀφαιρεῖται τῆς γνώσεως τοὺς ἐπὶ τὴν Ὄασιν ἀπιόντας, τῶν ἀνέμων τοῖς ἴχνεσι τὴν ψάμμον ἐπιφερόντων, καὶ τῷ μήτε φυτὸν μήτε οἴκησιν εἶναι, γνώρισμα εἰς εἰκασίαν τι καταλιπεῖν τοῖς ὁδοιποροῦσι δυνάμενα. φήμη δὲ ὅμως εἰς ἅπαντας ἧκε παρὰ Συαγρίου τοῦ παιδὸς ἡρπάσθαι Τιμάσιον λέγουσα, διαφυγόντος τοὺς ἐσταλμένους εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ καὶ διά τινων ἁρπάσαντος τὸν πατέρα λῃστῶν. ἀλλ' εἴτε ἀληθῆ ταῦτα ἦν εἴτε Εὐτροπίῳ χαριζόμενοι ταῦτα ἐν τῷ πλήθει διέσπειραν, οὐκ ἔγνω τις τὸ σαφές, πλὴν ὅτι περ οὔτε Τιμάσιος οὔτε Σύαγριος ἐξ ἐκείνου πεφήνασιν.

mont. t. 5 p. 137 rectius κηδεστής interpretatur non *socer* sed *gener*, accedente auctoritate Chrysostomi Ep. ad Rom. de voce κηδεστής vid. Spanh. ad Iuliani or. 1 p. 287. *R.*

Valentis imperatoris gener fuerat, homo ferox et intractabilis, qui veritatem in nonnullis profiteri libere videretur, adeo quidem ut hoc tempore, in condemnando quidem Timasio cum Saturnino consentiens, illud tamen adiecit, non debuisse Bargum accusatorem dari Timasio, nec virum tot gestis magistratibus dignitatibusque clarum vilis homuncionis et prorsus impuri calumniis opprimi, et (quod esset absurdissimum) bene merito fieri negotium ab eo qui beneficiis affectus esset. non tamen hac usus libertate Procopius quicquam profecit, sed admodum laudata Saturnini sententia vicit. Timasius autem ad inhabitandum Oasim damnatus expellitur, huc eum deducente satellitio publico. is erat locus insigniter sterilis; e quo nemo posset evadere, qui eo deportaretur. nam quod aliunde huc euntibus interiectum solum occurrit, arenosum, vastum prorsus et inhabitatum, notitiam pergentibus in Oasim omnem adimit, tum quod venti vestigiis arenam ingerant, tum etiam quod nec arbor ulla nec domicilium sit, quae indicium aliquod iter facientibus ad coniecturam relinquere possint. fama tamen ad omnes emanavit, a Syagrio filio Timasium ereptum fuisse, qui ad inquirendum se missos evasisset operaque praedonum quorundam patrem rapuisset. sed sive adeo vera istaec erant sive per quosdam Eutropio gratificantes in vulgus spargebantur, nemo quidem certe rem accurate cognoscere potuit, extra quam quod neque Timasius neque Syagrius ex eo tempore conspecti fuerunt.

10. Ὁ δὲ Βάργος, ὡς ἔξω πάσης ὑποψίας καταστήσας Εὐτρόπιον οὐκέτι τὴν Τιμασίου δυσμένειαν ὑφορώμενον, ἠξιοῦτο στρατιωτικοῦ τέλους ἀρχῆς χρήματα φέρειν αὐτῷ κομψὰ δυναμένης, καὶ ἀνεχώρει μειζόνων ἐλπίσι δωρεῶν βουκολούμενος· ἠγνόει γὰρ ὡς Εὐτρόπιος τοιοῦτον αὐτὸν φανέντα περὶ Τιμάσιον τὸν εὐεργέτην καὶ περὶ αὐτὸν ὅμοιον φανήσεσθαι προσεδόκησεν. ἐκδημήσαντος γοῦν τῆς ἀρχῆς ἕνεκα Βάργου, τὴν τούτῳ συνοικοῦσαν γυναῖκα διά τινας αἰτίας ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν ἔχουσαν πείθουσι γραμματεῖα προδοῦναι τῷ βασιλεῖ κατηγορίας φέροντα πλείστας εἰς τὰ μέγιστά τε τῶν ἐγκλημάτων τὸν Βάργον ἀγούσας. ὅπερ ἀκηκοὼς Εὐτρόπιος εὐθὺς ἦγεν εἰς κρίσιν τὸν ἄνθρωπον καὶ ἁλόντα παρεδίδου τιμωρίᾳ πρεπούσῃ, μεθ' ἣν ἅπαντες θαυμάζοντες ἅμα καὶ ἀνυμνοῦντες τὸν τῆς Ἀδραστείας ὀφθαλμὸν διετέλεσαν, ὃν οὐχ οἷόν τέ τινα τῶν ἠσεβηκότων κατά τι λαθεῖν.

Μεθύων δὲ ἤδη τῷ πλούτῳ καὶ ὑπὲρ τὰ νέφη τῇ φαντασίᾳ φέρεσθαι δοκῶν ὁ Εὐτρόπιος ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν εἶχε τοὺς τὰ πραττόμενα πολυπραγμονοῦντας, καὶ ὅπως ἕκαστος ἔχοι τύχης· καὶ οὐδὲν ἦν καθάπαξ ὃ μὴ χρημάτων αὐτῷ κέρδος ἐπῆγεν. ἄγει τοίνυν αὐτὸν καὶ κατὰ Ἀβουνδαντίου φθόνος τε ὁμοῦ καὶ πλεονεξία. ἦν δὲ Ἀβουνδάντιος ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Θρᾴκῃ Σκυθίας, ἐκ δὲ τῶν Γρατιανοῦ στρατευσάμενος χρόνων καὶ ἐπὶ Θεοδοσίου τιμῶν μεγίστων ἐπιβάς, ἤδη δὲ καὶ στρατηγὸς καὶ ὕπατος

1 ὡς add P. 9 γράμματα προσδοῦναι Leunclavius. 18 οὐδὲν R: libri οὐδὲ.

10. Bargus vero, qui omnis periculi metu liberasset Eutropium non iam inimicitias Timasii suspectas amplius habentem, militum cohortis praefectura donatur, ex qua lucrum habere commedum posset; maiorumque munerum spe deceptus abiit. ignorabat enim Eutropium sibi de eo qui talem erga bene meritum Timasium se gessisset, non nisi consimilem animum erga se quoque pollicitum. cum igitur muneris sui causa Bargus domo profectus esset, iunctam ei matrimonio mulierem, quae esset infesto propter causas quasdam in illum animo, libellos quosdam offerre principi persuadent; quibus accusationes plurimae continerentur et criminum gravissimorum Bargus insimularetur. his auditis hominem Eutropius confestim in ius duci iubet, et convictum merito supplicio punit; quo facto non cessabant omnes oculum Adrastiae tum admirari tum celebrare, quem fieri nequeat ut quisquam nefaria patrantium ullo modo fallat.

Eutropius autem iam opibus ebrius, supraque nubes imaginatione sua se ferri existimans, apud omnes prope nationes habebat qui curiose scrutarentur, quicquid ageretur et quae esset cuiusque fortuna; nec omnino quicquam erat quod ei pecuniae lucrum non ferret. igitur eum adversus Abundantium quoque invidia pariter et avaritia concitat. erat autem Abundantius oriundus e Scythia, Thraciae parte, qui inde usque a Gratiani temporibus militaverat, ac sub Theodosio maximos honores adeptus etiam praetor atque

ἀποδεδειγμένος. ἐπειδὴ καὶ τοῦτον Εὐτρόπιος ἠβουλήθη τῆς οὐσίας τε ὁμοῦ καὶ πάσης τιμῆς ἐκπεσεῖν, ἔγραφε μὲν ταῦτα ὁ βασιλεύς, ἀπηλαύνετο δὲ Ἀβουνδάντιος τῶν βασιλείων, οἴκησιν τὴν ἐν Φοινίκῃ Σιδῶνα λαχὼν καὶ ἐν ταύτῃ τὸν λοιπὸν χρόνον βεβιωκώς.

a. 397 11. Εὐτρόπιος τοίνυν ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει παντάπασιν ἔχων οὐδένα τὸν ἀντιβλέπειν τολμῶντα, μόνον δὲ Στελίχωνα τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν κυριεύοντα πραγμάτων κατὰ νοῦν ἔχων, ἀνελεῖν αὐτῷ διενοεῖτο τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἄφιξιν. ἀναπείθει δὴ τὸν βασιλέα, τέως συναγαγόντα τὴν γερουσίαν, κοινῷ δόγματι τῆς βασιλείας πολέμιον αὐτὸν προσειπεῖν. οὗ δὴ γενομένου Γίλδωνα παραχρῆμα πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης τὴν ἡγεμονίαν οἰκειωσάμενος, ἀφίστησι διὰ τούτου τὴν χώραν τῆς Ὁνωρίου βασιλείας καὶ τῇ Ἀρκαδίου προστίθησιν. ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντι καὶ λίαν ἀπορουμένῳ Στελίχωνι συνήρατο τὸ ἀπὸ τῆς τύχης αὐτόματον. ἀδελφὸν γὰρ ἔχων ὁ Γίλδων ᾧ Μασκέλδηλος ἦν ὄνομα, καὶ τούτῳ διὰ βαρβαρικὴν μανίαν ἐπιβουλεύσας ἠνάγκασεν εἰς τὴν Ἰταλίαν ὡς Στελίχωνα πλεῦσαι καὶ ὅσα παρὰ τἀδελφοῦ πέπονθεν ἐξειπεῖν. ὁ δὲ δυνάμεις ἁδρὰς αὐτῷ παραδοὺς καὶ πλοῖα χορηγήσας ἀρκοῦντα, πολεμήσοντα τῷ Γίλδωνι παραπέμπει. οὗτος ἀναβὰς ἔνθα διατρίβοντα τὸν ἀδελφὸν ἠκηκόει, καὶ ἀπαρασκεύῳ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐπιπεσών, μάχης

1 *ἐπεὶ δὲ?* 8 *τῶν S, τὸν* LP. 11 *προειπεῖν?* 12 *Γίλδωνα*] uterque codex *α* pro *λ* in hoc nomine habet. *S.* 16 Ammianus *Mascizel*, alii *Mazescel* et *Mascelzel.* 21 *ἀναβάς* aut *ἐπιστάς H,* cum legeretur *ἀναστάς.*

consul designatus fuerat. posteaquam hunc quoque voluit Eutropius facultates et dignitatem omnem amittere, saltim id scripto mandat imperator; et mox aula pellitur Abundantius, oppidum Phoeniciae Sidonem habitare iussus, ubi reliquum vitae tempus transegit.

11. Cum ergo iam neminem Cpoli prorsus haberet Eutropius qui eum vel obtueri auderet, solum Stelichonem, arbitratu suo res Occidentis tractantem, animo versans, quo minus ille Cpolim accederet, aditum ei praecludere cogitat. quare principi persuadet ut convocato senatu Stelichonem hostem imperii decreto publico declararet. quo facto mox sibi Gildonem, totius ad Carthaginem pertinentis Africae ducem, adiungit, et eius opera provinciam Honorii principis imperio subtractam Arcadianae dicioni adiicit. eam rem permoleste ferenti nec mediocriter animi dubio Stelichoni quidam se fortuitus casus obtulit. quippe cum Gildo fratrem, quem habebat nomine Masceldelum, furore quodam barbarico appeteret insidiis, ad eam hunc necessitatem redegit ut in Italiam ad Stelichonem navigaret, quaeque perpessus a fratre fuisset ei exponeret. is amplis illi copiis traditis suppeditatoque navium idoneo numero, bellum adversus Gildonem gesturum ablegat. posteaquam ad eum locum pervenisset ubi commorari fratrem inaudiverat, atque in

καρτερᾶς γενομένης τοσοῦτον ἐκράτησεν ὥστε Γίλδωνα τὸν βίον a. 398 ἀπολιπεῖν ἀπαγξάμενον· τοῦτο γὰρ εἵλετο μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. καὶ ὁ μὲν Γίλδωνος ἀδελφὸς ἀποδοὺς τῇ Ὀνωρίου βασιλείᾳ Λιβύην εἰς Ἰταλίαν ἐπανῄει νενικηκώς· Στελίχων δὲ νεμεσήσας ἐπὶ τῷ κατορθώματι θεραπεύειν ὅμως προσεποιεῖτο, χρηστὰς ὑποφαίνων ἐλπίδας. ἐπεὶ δὲ προϊὼν ἐπί τι προάστειον ἐπὶ ποταμοῦ γεφύρας ἐγένετο, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων εἵπετο καὶ ὁ Μασκέλδηλος αὐτῷ, σύνθημα πρὸς τούτου δεδομένον αὐτοῖς οἱ δορυφόροι πληροῦντες ὠθοῦσι κατὰ τοῦ ποταμοῦ. καὶ ὁ μὲν Στελίχων ἐγέλα, τὸ δὲ ῥεῦμα συναρπάσαν ἀποπνίγει τὸν ἄνθρωπον.

μέτριον) ἀφελέσθαι τῆς σφαγῆς αὐτὸν ὁρμησάντων, σὺν ἀπειλῇ πάσῃ καὶ φόβῳ ταύτης αὐτοὺς Στελίχων ἀποστήσας τῆς ἐγχειρήσεως τρόπον τινὰ αὐτὸς τὸν τράχηλον ὑπέσχε τῷ ξίφει, πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν ἐν ἐκείνῳ δυναστευσάντων τῷ χρόνῳ γεγονὼς μετριώτερος. Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ καὶ ἀμφοῖν αὐτοῦ τοῖν παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτραπείς, τρεῖς δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκὼς οὐκ ἐφάνη ποτὲ στρατιώταις ἐπὶ χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας ἢ στρατιωτικὴν σίτησιν εἰς οἰκεῖον παρελόμενος κέρδος. πατὴρ δὲ παιδὸς ἑνὸς γεγονὼς ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀξίαν ἄχρι τοῦ λεγομένου νοταρίων τριβούνου, μηδεμίαν αὐτῷ περιποιήσας ἀρχήν. ὡς δὲ μηδὲ τὸν χρόνον ἀγνοῆσαι τοὺς φιλομαθοῦντας τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, Βάσσου μὲν ἦν ὑπατεία καὶ Φιλίππου, καθ᾽ ἣν καὶ Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς ἔτυχε τῆς εἱμαρμένης, τῇ δὲ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ.

35. Στελίχωνος τελευτήσαντος τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις ἅπαντα κατὰ τὴν Ὀλυμπίου διετίθετο βούλησιν, καὶ αὐτὸς μὲν τὴν τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν παρελάμβανε, τὰς δὲ ἄλλας διένειμεν ὁ βασιλεὺς οἷς Ὀλύμπιος ἐμαρτύρει. πανταχόθεν δὲ τῶν Στελίχωνος οἰκείων ἢ ἄλλως τὰ τούτου φρονεῖν δοκούντων διερευνωμένων, εἰς κρίσιν ἤγοντο Δευτέριος ὁ τῆς φυλακῆς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος προεστὼς καὶ Πέτρος ὁ τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων ἡγούμενος, καὶ δημοσίαν ὑποστάντες ἐξέτασιν ἠναγκάζοντό τι περὶ Στελίχωνος λέγειν. ὡς δὲ οὔτε καθ᾽ ἑαυτῶν οὔτε κατ᾽ ἐκείνου

3 ὑπέσχετο libri. 11 περιποιήσας *H*: libri περιποιῆσαι.

modica, neci eum eripere citato impetu statuissent, variis Stelicho minis et terrore proposito ab hoc eos conatu revocavit, et quodam modo cervicem ipsemet gladio praebuit, vir omnium, quotquot id temporis magna cum potestate fuerunt, modestissimus. licet enim filiae fratris Theodosii maioris matrimonio iunctus esset, amborumque Theodosii filiorum regna ei credita fuissent, et annos tres et viginti militum ducis munus gessisset, nunquam tamen animadversum est eum militibus interveniente pecunia magistratus praefecisse vel annonam militarem in lucrum suum vertisse. cumque pater filii duntaxat unius esset, hanc ei dignitatis metam statuit, ut ad officium Tribuni notariorum (quem vocant) provecto nullam aliam potestatem acquireret. ut autem homines studiosi tempus etiam mortis ipsius non ignorent, sciant eam accidisse a. d. 10 kal. Septembres, Bassi Philippique consulatu; quibus consulibus et Arcadius imperator fato functus est.

35. Stelichone exstincto universae res palatinae arbitratu Olympii administrabantur. et Olympius quidem ipse magistri potestatem accipiebat: cetera princeps in eos distribuebat quos Olympius testimonio suo commendasset. cum autem undique perquirerentur Stelichonis familiares vel qui ceteroqui partes eius secuti viderentur, in ius tum Deuterius augustalis cubiculi praepositus, tum Petrus scholae notariorum tribunus, ducuntur, et publicae quaestioni subiecti de Stelichone quid dicere coguntur. sed cum nihil

διδάσκειν εἶχον οὐδέν, διαμαρτὼν ὁ Ὀλύμπιος τῆς σπουδῆς ῥοπάλοις παίεσθαι αὐτοὺς παρεσκεύαζεν ἄχρι θανάτου. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ὥς τι συνεπισταμένων Στελίχωνι πρὸς δίκην ἀχθέντων, εἰπεῖν τε μετὰ βασάνων ἀναγκασθέντων εἴ τινα τούτῳ συνίσασι βασιλείας ἐπιθυμίαν, ὡς οὐδεὶς ἔφη τι τοιοῦτον εἰδέναι, τῆς μὲν τοιαύτης ἐγχειρήσεως οἱ ταῦτα πολυπραγμονοῦντες ἀπέστησαν, ὁ δὲ βασιλεὺς Ὁνώριος τὴν μὲν γαμετὴν Θερμαντίαν παραλυθεῖσαν τοῦ βασιλείου θρόνου τῇ μητρὶ προσέταττε παραδίδοσθαι, μηδὲν διὰ τοῦτο ὑφορωμένην, τὸν δὲ Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον ἀνιχνευθέντα πανταχόθεν ἀναιρεθῆναι. καὶ τοῦτον ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐκκλησιῶν πεφευγότα εὑρόντες διὰ τὴν τοῦ τόπου τιμὴν εἴασαν· ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ Ἡλιοκράτης ἄρχειν ἐπιτεταγμένος τοῦ ταμιείου, γράμμα βασιλικὸν ἐπικομιζόμενος, ὅπερ ἐβούλετο πάντων ὅσοι κατὰ τοὺς Στελίχωνος χρόνους ἔτυχόν τινος ἀρχῆς δημοσίας γίνεσθαι τὰς οὐσίας, ἔργον ἐπετίθετο τῷ ταμιείῳ χρημάτων. ὥσπερ δὲ τούτων οὐκ ἀρκούντων ἐμπλῆσαι τὸν τότε συνέχοντα δαίμονα, ταῖς τῶν ἀλιτηρίων σειραῖς καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοῦ θείου πάντα συνταράττοντα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἕτερόν τι προσετέθη τοῖς προλαβοῦσι τοιοῦτον. οἱ ταῖς πόλεσιν ἐνιδρυμένοι στρατιῶται, τῆς Στελίχωνος εἰς αὐτοὺς τελευτῆς ἐνεχθείσης, ταῖς καθ' ἑκάστην πόλιν οὔσαις γυναιξὶ καὶ παισὶ βαρβάρων ἐπέθεντο, καὶ ὥσπερ ἐκ συνθήματος πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, ὅσα ἦν

4 *τούτων* LP: corr *S*. 15 post *ἐπετίθετο* (vel *ἐπετίθει τούτῳ*) verba aliquot exciderunt. 17 *τῆς τῶν ἀλιτηρίων σειρᾶς* P.

haberent quod vel adversus se ipsos vel in illum deponerent, nullo studii sui fructu potitus Olympius ad mortem usque fustibus eos caedi curavit. aliis quoque compluribus, velut alicuius rei Stelichoni consciis, in ius ductis et per adhibitas quaestiones dicere coactis, an compertum haberent Stelichonem imperium affectasse, cum nemo quicquam tale se scire diceret, ab huiusmodi conatu homines in rebus talibus indagandis curiosi destiterunt. imperator autem Honorius uxorem Thermantiam, augustali deiectam solio, matri suae reddi iussit, nulla tamen iccirco suspicione gravatam, et filium Stelichonis Eucherium pervestigatum undique iugulari. quem ubi fuga quandam in ecclesiam Romae delatum repperissent, ob loci reverentiam missum fecerunt. in eadem urbe Roma Heliocrates fisco praefectus, literas principis afferens, quae literae iubebant omnium, quicunque Stelichonis temporibus aliquem magistratum impetrassent, facultates publicari, congerendis in fiscum pecuniis occupatus erat. et quasi non sufficerent haec ad exsatiandum malum genium, qui tunc et nefariorum catenis constringebat et in solitudine numinis conturbabat universas res humanas, etiam aliud quiddam tale superioribus adiectum fuit. qui erant in oppidis collocati milites, cum de morte Stelichonis ad eos nuntius allatus fuisset, in barbarorum uxores atque liberos per singulas urbes grassantur, eisque veluti signo dato ad internecionem de-

αὐτοῖς ἐν οὐσίᾳ διήρπασαν. ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τοῖς ἀνῃρημένοις προσήκοντες καὶ πανταχόθεν ἐς ταὐτὸ συνελθόντες, σχετλιάσαντες ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ Ῥωμαίων κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ πίστεως ἀσεβείᾳ πάντες ἔγνωσαν Ἀλαρίχῳ προσθέσθαι καὶ τοῦ κατὰ τῆς Ῥώμης αὐτῷ κοινωνῆσαι πολέμου· καὶ συναχθεῖσαι πρὸς τοῦτο πλείους ὀλίγῳ τριῶν μυριάδες, ἐφ᾽ ὅπερ ἐδόκει συνέθεον.

36. Ἀλάριχος δὲ οὐδὲ παρὰ τούτων ἐρεθιζόμενος ᾑρεῖτο τὸν πόλεμον, ἀλλὰ ἔτι τὴν εἰρήνην ἔμπροσθεν ἐποιεῖτο, τῶν ἐπὶ Στελίχωνος σπονδῶν μεμνημένος. στείλας δὲ πρέσβεις ἐπὶ χρήμασιν οὐ πολλοῖς εἰρήνην ᾔτει γενέσθαι, λαβεῖν τε ὁμήρους Ἀέτιον καὶ Ἰάσονα, τὸν μὲν Ἰοβίου γενόμενον παῖδα τὸν δὲ Γαυδεντίου, δοῦναι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν παρ᾽ αὐτῷ τινὰς εὖ γεγονότας, καὶ ἐπὶ τούτοις ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, μεταστῆσαί τε εἰς Παιονίαν ἐκ τοῦ Νωρικοῦ τὸ στράτευμα. ἐπὶ τούτοις Ἀλαρίχου τὴν εἰρήνην αἰτοῦντος, ὁ βασιλεὺς ἀπεσείετο τὰ αἰτούμενα. καίτοι γε δυοῖν ἐχρῆν θάτερα πράξαντα τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι· ἢ γὰρ ἀναβαλέσθαι τὸν πόλεμον ἔδει, σπονδὰς ποιησάμενον ἐπὶ μετρίοις τισὶ χρήμασιν, ἢ πολεμεῖν αἱρούμενον πάντα συναγαγεῖν ὅσα στρατιωτῶν τάγματα ἦν, καὶ ταῖς παρόδοις τῶν πολεμίων ἐγκαταστῆσαι, καὶ ἀποκλεῖσαι τὸν βάρβαρον τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας, ἡγεμόνα τε καταστῆσαι καὶ στρατηγὸν τοῦ πολέμου παντὸς Σάρον, ὄντα μὲν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀξιόλογον καταπλῆξαι τοὺς πολεμίους διά τε ἀνδρίαν καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν, ἔχοντα δὲ καὶ βαρβάρων πλῆ-

2 ἐν ταὐτῷ P. 16 congruentius θάτερον. S.

letis, quascunque facultates habebant, diripiunt. quod cum inaudissent occisorum propinqui et ex locis omnibus confluxissent, commoti graviter ob violatam a Romanis tam impie fidem deo teste datam, Alaricho se omnes adiungere statuunt et belli cum eo societatem adversus Romam coire. quo nomine collecta hominum triginta vel paulo amplius milia prompte, quocunque videretur, concurrunt.

36. Alarichus autem ne per hos quidem incitatus bellum suscipit, sed pacem adhuc bello praefert, indutiarum memor, quae Stelichone vivo factae fuerant. missis autem legatis, interveniente pecunia non magna pacem fieri postulat, et obsides dari Aëtium et Iasonem, illum Iovii, hunc Gaudentii filium. simul ait se quoque nonnullos ex suis nobiles daturum obsides, atque his condicionibus pacem culturum, et e Norico in Pannoniam copias abducturum. quibus legibus petente pacem Alaricho, imperator eius postulata reiicit. atqui de duobus alterum facere debuit, et recte rebus praesentibus consulere: nam vel differendum erat bellum, indutiis modica pecunia quadam impetratis, vel, si bellum gerere malebat, omnes cogendae militum legiones, quae usquam essent, et qua transeundum hostibus erat, constituendae, quo barbarus ab ulteriore progressu excluderetur. deligendus item dux et imperator belli totius Sarus, qui et per se idoneus erat ad incutiendum hosti terrorem ob fortitudinem ac bellicae rei peritiam, et apud se barbarorum mul-

θος ἀρκοῦν εἰς ἀντίστασιν. ἀλλ' οὔτε τὴν εἰρήνην δεξάμενος οὔτε τὴν Σάρου φιλίαν ἐπισπασάμενος οὔτε τὸ Ῥωμαϊκὸν συναγαγὼν στρατόπεδον, τῶν δὲ Ὀλυμπίου τὰς ἐλπίδας ἀναρτήσας εὐχῶν, τοσούτων αἴτιος ἐγένετο τῷ πολιτεύματι συμφορῶν. στρατηγούς τε γὰρ ἐπέστησε τῷ στρατεύματι καταφρόνησιν ἐμποιῆσαι τοῖς πολεμίοις ἀρκοῦντας, Τουρπιλλίωνα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν, Οὐαράνην δὲ τοῖς πεζοῖς ἐπιστήσας καὶ τῇ τῶν δομεστίκων ἴλῃ Βιγελάντιον, καὶ τὰ λοιπὰ τούτοις ὁμολογοῦντα, ὧν ἕνεκα ταῖς ἐλπίσι πάντες ἀπεγνωκότες ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν ἐδόκουν τὴν τῆς Ἰταλίας ἀπώλειαν.

37. Ἀλλὰ τούτων οὕτω διῳκημένων ἐπὶ τὴν κατὰ τῆς Ῥώμης ἔφοδον Ἀλάριχος ὡρμήθη, γελάσας τὴν Ὀνωρίου παρασκευήν. ἐπεὶ δὲ μεγίστοις οὕτω πράγμασιν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου μόνον ἀλλὰ καὶ ἐκ μείζονος ὑπεροχῆς ἐγχειρῆσαι διενοεῖτο, μεταπέμπεται τὸν τῆς γαμετῆς ἀδελφὸν Ἀτάουλφον ἐκ τῆς ἀνωτάτω Παιονίας, ὡς ἂν αὐτῷ κοινωνήσοι τῆς πράξεως Οὔννων καὶ Γότθων πλῆθος οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχων. οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἀλλ' εἰς τὸ πρόσω προελθὼν Ἀκυληΐαν μὲν παρατρέχει καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις ἐπέκεινα τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ κειμένας (φημὶ δὴ Κογκορδίαν καὶ Ἄλτινον καὶ ἐπὶ ταύτῃ Κρέμωνα), καὶ περαιωθεὶς τὸν ποταμόν, ὥσπερ ἐν πανηγύρει, πολεμίου μηδενὸς ἀπαντήσαντος εἴς τι τῆς Βονωνίας ὁρμητήριον ἦλθεν, ὃ καλοῦσιν Οἰκουβαρίαν. ἐντεῦθεν Αἰμιλίαν ἅπασαν παρ-

15 *Olympiodoro et Philostorgio* Ἀδαοῦλφος, *Iornandae* Athaulphus.

titudinem satis ad resistendum idoneam habebat. enimvero nec pacem amplexus nec amicitia Sari conciliata nec Romanis exercitibus collectis, sed in Olympii votis omni spe collocata, tantarum rei publicae calamitatum auctor exstitit. nam duces exercitui dedit eos qui sui contemptum in animis hostium excitare possent, equitatui Turpillione, pedestribus copiis Varane praefecto, itidemque domesticorum alae Vigilantio; quibus erant et reliqua consentanea. quapropter omnes desperabundi iam in oculis Italiae exitium habere sibi videbantur.

37. His in hunc modum ordinatis, Alarichus apparatu Honorii deriso Romanam expeditionem occepit. et quoniam res adeo maximas non tantum apparatu pari sed etiam maiore cogitabat aggredi, Ataulphum, coniugis suae fratrem, ex Pannonia superiore arcessit, ut eum rei gerendae sibi socium adiungeret; qui Hunnorum Gothorumque copias haud aspernandas haberet. verum illius adventu non exspectato ulterius progressus, Aquileiam et urbes ordine trans Eridanum flumen sitas cursu praeterit, Concordiam inquam et Altinum et secundum hanc Cremonam. cumque flumen transiecisset, velut in festa quadam celebritate, hoste nullo prorsus occurrente, quoddam ad castellum Bononiae venit, quod Oecubariam vocant. hinc Aemilia tota pera-

αμείψας καὶ καταλιπὼν τὴν Ῥάβενναν εἰς Ἀρίμινον ἀφίκετο, πόλιν τῆς Φλαμινίας μεγάλην. εἶτα καὶ ταύτην παραδραμὼν καὶ τὰς ἄλλας ὅσαι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἦσαν, εἰς τὸ Πίκηνον παρεγένετο· τοῦτο δὲ ἔθνος ἐστὶν ἐν ἐσχάτῳ που τοῦ Ἰονίου κείμενον κόλπου. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσας πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἐλῄζετο φρούριά τε καὶ πόλεις, ὥστε εἰ μὴ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀφίξεως διαδράντες ἔφθησαν Ἀρσάκιός τε καὶ Τερέντιος οἱ εὐνοῦχοι, καὶ τὸν Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήγαγον κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως ἀποθανούμενον, καὶ ἔργον οἷς βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐπετέθη, πάντως ἂν ὁ νέος εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλαρίχου περιεσώθη. πληρώσαντες δὲ ἐπί τε τούτῳ τὸ προσταχθὲν οἱ εὐνοῦχοι καὶ Θερμαντίαν τὴν Ὀνωρίου γαμετὴν τῇ μητρὶ παραδόντες, οὐ δυνηθέντες ἐπανελθεῖν διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, νεὼς ἐπιβάντες ὡς ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Γαλάτας ἀπέπλευσαν, ᾗ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐνεδήμει. ὄφελος δὲ μέγα τῆς πολιτείας ὁ βασιλεὺς ἡγησάμενος εἰ τοὺς εὐνούχους ἀποδόντας Θερμαντίαν τῇ μητρὶ καὶ ἀνελόντας Εὐχέριον ὑπὲρ τούτων ἀμείψαιτο τῶν ἀνδραγαθημάτων, Τερέντιον μὲν ἔταξεν ἄρχειν τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, Ἀρσακίῳ δὲ τὴν μετὰ τοῦτον ἔδωκε τάξιν. ἀνελὼν δὲ Βαθανάριον τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν . ., Στελίχωνος ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, Ἡρακλειανῷ παρέδωκε τὴν ἀρχήν, αὐτόχειρι Στελίχωνος ὄντι καὶ ταύτην ἔπαθλον τὴν τιμὴν δεξαμένῳ.

7 ἔφθασαν P. 12 τούτων vulgo. 21 στρατιωτῶν] στρατιωτῶν ἡγούμενον Leunclavius.

grata relictaque Ravenna Ariminum accessit, urbem Flaminiae magnam. deinde hac quoque cursu praeterita cum ceteris, quae sunt eiusdem provinciae, in Picenum venit. ea gens in extremo sinu Ionio sita est. hinc Romam versus promotis castris obvia castella cuncta cum oppidis diripit, adeo quidem ut nisi ante adventum in haec loca barbarorum Arsacius et Terentius eunuchi cursu evasissent et filium Stelichonis Eucherium Romam adduxissent, mandatu principis interficiendum, ibique principis imperium reapse fuissent exsecuti, omnino in Alarichi manus pervenisset adolescens et salvus evasisset. cum autem et in his eunuchi fecissent quod iussi fuerant, et Thermantiam Honorii coniugem matri reddidissent, quod eadem via reverti ad imperatorem non possent, navi conscensa versus Celtas et Gallos profecti sunt, ubi princeps etiam degebat. magno vero commodo rei publicae futurum ratus imperator, si hos eunuchos, qui Thermantiam matri reddiderant et Eucherium interfecerant, pro tam fortibus factis remuneraretur, Terentium augustalis cubiculi praepositum fecit et Arsacio proximum ab eo locum dedit. itidem, occiso Bathanario comite Africae, quocum nupta Stelichonis soror erat, eam provinciam Heracliano tradidit, qui manu sua Stelichonem interfecit; eiusque facinoris praemium honorem hunc tulit.

38. Ἤδη δὲ Ἀλαρίχου περὶ τὴν Ῥώμην ὄντος καὶ καταστήσαντος εἰς τὴν πολιορκίαν τοὺς ἔνδον, ἐν ὑποψίᾳ ἔλαβε τὴν Σερήναν ἡ γερουσία οἷα τοὺς βαρβάρους κατὰ τῆς πόλεως ἀγαγοῦσαν, καὶ ἐδόκει κοινῇ τε γερουσίᾳ πάσῃ καὶ Πλακιδίᾳ τῇ ὁμοπατρίᾳ τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ ταύτην ἀναιρεθῆναι τῶν περιεστώτων κακῶν οὖσαν αἰτίαν· καὶ Ἀλάριχον γὰρ αὐτὸν Σερήνας ἐκποδὼν γενομένης ἀναχωρήσειν τῆς πόλεως οἷα μηδενὸς ὄντος ἔτι τοῦ προδώσειν τὴν πόλιν ἐλπιζομένου. ἦν μὲν οὖν ἡ ὑποψία τῷ ὄντι ψευδής (οὐδὲν γὰρ ἡ Σερήνα τοιοῦτον ἔλαβε κατὰ νοῦν), δίκην δὲ τῶν εἰς τὰ θεῖα δέδωκε δυσσεβημάτων ἀξίαν, ὡς αὐτίκα μάλα ἔρχομαι λέξων. ὅτε Θεοδόσιος ὁ πρεσβύτης, τὴν Εὐγενίου καθελὼν τυραννίδα, τὴν Ῥώμην κατέλαβε καὶ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας ἐνεποίησε πᾶσιν ὀλιγωρίαν, τὴν δημοσίαν δαπάνην τοῖς ἱεροῖς χορηγεῖν ἀρνησάμενος, ἀπηλαύνοντο μὲν ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, κατελιμπάνετο δὲ πάσης ἱερουργίας τὰ τεμένη. τότε τοίνυν ἐπεγγελῶσα τούτοις ἡ Σερήνα τὸ μητρῷον ἰδεῖν ἐβουλήθη, θεασαμένη δὲ τῷ τῆς Ῥέας ἀγάλματι περικείμενον ἐπὶ τοῦ τραχήλου κόσμον τῆς θείας ἐκείνης ἄξιον ἁγιστείας, περιελοῦσα τοῦ ἀγάλματος τῷ ἑαυτῆς ἐπέθηκε τραχήλῳ· καὶ ἐπειδὴ πρεσβῦτις ἐκ τῶν Ἑστιακῶν περιλελειμμένη παρθένων ὠνείδισεν αὐτῇ κατὰ πρόσωπον τὴν ἀσέβειαν, περιύβρισέ τε καὶ ἀπελαύνεσθαι διὰ τῶν ἑπομένων ἐκέλευσεν. ἡ δὲ κατιοῦσα, πᾶν ὅ τι ταύτης ἄξιον τῆς ἀσεβείας, ἐλθεῖν

4 ὁμοπατρίᾳ L margo: vulgo ὁμομητρίᾳ. eodem patre Theodosio, sed diversis matribus nati erant, Honorius a Flaccilla, Placidia a Galla. *H.* 19 Ἑστιάδων usitatius.

38. Cum iam Alarichus prope Romam esset et inclusos obsidione cinxisset, Serenam senatus suspectam habere coepit, quasi quae barbaros adversus urbem attraxisset. censuitque pariter et universus senatus et Placidia, principis uterina soror, Serenam esse necandam, quae praesentium malorum auctor exsisteret. nam et Alarichum ipsum Serena de medio sublata discessurum ab urbe, quod nemo superaturus esset, a quo ille sibi proditum iri urbem sperare posset. erat autem haec quidem suspicio reapse falsa: nam nihil huiusmodi Serenae ad animum acciderat. verum meritas violatarum rerum divinarum poenas luebat, velut hoc ipso iam loco narrare lubet. quo tempore Theodosius maior oppressa Eugenii tyrannide Romam venit et contemptum sacri cultus in animis omnium excitavit, publicum sumptum ad sacrificia se suppeditaturum infitiatus, expellebantur utriusque sexus sacerdotes, et fana sacrificiis omnibus destituta iacebant. tunc igitur his illudens Serena Matris deum aedem videre voluit. conspicata vero mundum collo simulacri Rheae circumiectum, illo divino cultu dignum, hunc ipsum simulacro ademptum collo suo adhibuit. cumque vetula quaedam, ex virginibus reliqua Vestalibus, hanc impietatem in os ei exprobrasset, tam contumeliis illi gravibus illusit quam abigi per comites eam pedissequos iussit. tum ea descendens, quicquid illa dignum impietate foret, ut et ipsi Serenae et ma-

αὐτῇ Σερήνᾳ καὶ ἀνδρὶ καὶ τέκνοις ἠράσατο. ἐπεὶ δὲ οὐδενὸς τούτων ποιησαμένη λόγον ἀνεχώρει τοῦ τεμένους ἐγκαλλωπιζομένη τῷ κόσμῳ, πολλάκις μὲν ἐπεφοίτησεν ὄναρ αὐτῇ καὶ ὕπαρ τὸν ἑπόμενον θάνατον προμηνύον, ἐθεάσαντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὰ παραπλήσια. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοὺς ἀσεβεῖς μετιοῦσα δίκη δρᾶσαι τὸ οἰκεῖον, ὥστε οὐδὲ μαθοῦσα τὸ ἐσόμενον ἐφυλάξατο, ὑπέσχε δὲ τῇ ἀγχόνῃ τὸν τράχηλον ᾧ τὸν τῆς θεοῦ κόσμον ἔτυχε περιθεῖσα. λέγεται δὲ καὶ Στελίχωνα δι' ἑτέραν οὐ πόρρω ταύτης ἀσέβειαν τῆς δίκης τὰ ἀπόρρητα μὴ διαφυγεῖν· καὶ οὗτος γὰρ θύρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης Καπιτωλίῳ χρυσίῳ πολὺν ἕλκοντι σταθμὸν ἠμφιεσμένας ἀπολεπίσαι προστάξαι, τοὺς δὲ τοῦτο πληρῶσαι ταχθέντας εὑρεῖν ἔν τινι μέρει τῶν θυρῶν γεγραμμένον misero regi servantur, ὅπερ ἐστίν "ἀθλίῳ τυράννῳ φυλάττονται." καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ γεγραμμένον· ἀθλίως γὰρ καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ἀπέλιπεν.

39. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Σερήνας ἀπώλεια τῆς πολιορκίας ἀπέστησεν Ἀλάριχον, ἀλλ' αὐτὸς μὲν κύκλῳ περιεῖχε τὰς πύλας ἁπάσας, καταλαβὼν δὲ τὸν Θύμβριν ποταμὸν τὴν διὰ τοῦ λιμένος τῶν ἐπιτηδείων ἐκώλυε χορηγίαν. ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι θεασάμενοι διακαρτερεῖν ἔγνωσαν, οἷα ὡς εἰπεῖν ἑκάστης ἡμέρας ἐκ τῆς Ῥαβέννης ἐλεύσεσθαι τῇ πόλει προσδοκῶντες ἐπικουρίαν. ὡς δὲ οὐδενὸς ἀφικνουμένου τῆς ἐλπίδος ἀπεσφάλησαν, ἐδόκει τὸ μέτρον ἐλαττωθῆναι τοῦ σίτου καὶ τὸ ἥμισυ πέττεσθαι μόνον τοῦ προτε-

8 an Στελίχων?

rito eius et liberis eveniret, imprecatur. illa vero nullius horum ratione habita, cum mundo isto sibi placens e fano exisset, saepenumero quiddam ei se tum quiescenti tum vigilanti offerebat, quod mortem imminentem ei denuntiaret. alii quoque complures similia conspexerunt. et quidem persecutrix impiorum Vindicta tantopere suo satisfecit officio, ut etiam eo Serena cognito quod de se futurum esset, non tamen sibi caveret, sed laqueo cervices illas praeberet elidendas quibus divae mundum iniecerat. fertur et Stelicho propter aliam quandam non absimilem huic impietatem arcana Vindictae supplicia non effugisse. nam et is mandasse perhibetur ut fores Capitolii Romani, quae auro magni ponderis erant obductae, laminis istis aureis spoliarentur; eos autem qui hoc facere iussi fuissent, in parte quadam forium perscriptum repperisse "misero regi servantur." atque huic scripturae respondit eventus: nam misere simul et miserabiliter vitam finiit.

39. Ceterum ne Serenae quidem interitus Alarichum ab obsidione submovit, sed portas universas undique circumsedit, et occupato Tiberi flumine subministrationem commeatus e portu impediebat. quod conspicati Romani obdurare statuerunt, veluti qui propemodum in singulos dies Ravenna venturum urbi subsidium exspectarent. cum autem nemine succurrente spes eos destituisset, visum est annonae mensuram esse diminuendam, dimidiamque

ρον ἑκάστης ἡμέρας δαπανωμένου, εἶτα τῆς ἐνδείας ἐπιτεινομένης τὸ τρίτον. καὶ ἐπειδὴ μηδεμία τῆς τοῦ κακοῦ θεραπείας ἦν μηχανή, τὰ δὲ τῇ γαστρὶ βοηθοῦντα πάντα ἐπέλιπε, λιμῷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπῄει λοιμὸς καὶ πάντα ἦν νεκρῶν σωμάτων μεστά. τῆς δὲ πόλεως ἔξω θάπτεσθαι τῶν σωμάτων οὐ δυναμένων (πᾶσαν γὰρ ἔξοδον ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι) τάφος ἦν ἡ πόλις τῶν τεθνεώτων, ὥστε καὶ ἄλλως εἶναι τὸ χωρίον ἀοίκητον, ἀρκεῖν τε, εἰ καὶ μὴ τροφῆς ἦν σπάνις, εἰς σωμάτων διαφθορὰν τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀναδιδομένην ὀσμήν. ἐπήρκουν δὲ πολλοῖς εἰς τὸ μεταδιδόναι τῶν ἀναγκαίων Λαῖτα ἡ Γρατιανοῦ βασιλεύσαντος γαμετὴ καὶ Πισσαμένη ἡ μήτηρ ταύτης· τοῦ γὰρ δημοσίου βασιλικῆς αὐταῖς τραπέζης ἐπιδιδόντος παρασκευήν, ἀπὸ Θεοδοσίου ταύτην ἐχούσαις τὴν δωρεάν, οὐκ ὀλίγοι διὰ τὴν τῶν γυναικῶν φιλανθρωπίαν τὸν λιμὸν ἐκ τῆς αὐτῶν οἰκίας παρεμυθοῦντο.

40. Ὡς δὲ εἰς ἔσχατον τοῦ κακοῦ προϊόντος καὶ εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐλθεῖν ἐκινδύνευσαν, τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα ἐξάγιστα εἶναι τοις ἀνθρώποις ἐδόκει πεπειραμένοι, πρεσβείαν ἔγνωσαν στεῖλαι πρὸς τὸν πολέμιον, ἀπαγγελοῦσαν ὅτι καὶ πρὸς εἰρήνην εἰσὶν ἕτοιμοι τὸ μέτριον ἐχουσαν καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοιμότεροι, τοῦ Ῥωμαίων δήμου καὶ ἀναλαβόντος ὅπλα καὶ τῇ συνεχεῖ περὶ ταῦτα μελέτῃ μηκέτι πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποκνοῦντος. αἱρεθέντος δὲ πρεσβευτοῦ Βασιλείου, τὸ μὲν γένος ἕλκοντος ἐξ Ἰβήρων, ἐπάρ-

3 ἀπέλιπε vulgo. 5 ἅπτεσθαι L. 11 ἡ om libri.

duntaxat partem eius coquendam quod antea singulos in dies erogaretur; hinc augescente penuria tertiam. et quia nullum excogitari potuit mali sanandi remedium, iamque cuncta ventris inediae succurrentia defecerant, famem, ceu consentaneum erat, pestis excipiebat, et omnia plena cadaveribus erant. cumque non possent extra urbem sepeliri cadavera, quod omnes ex urbe vias hostes obsiderent, urbs ipsa mortuorum sepulcrum erat, adeo quidem ut esset alioquin etiam in urbe solitudo; ac si maxime nulla fuisset alimentorum penuria, vel exhalans e cadaveribus foetor ad inficienda corrumpendaque corpora suffecisset compluribus autem cibum diu sane suppeditabant Laeta, Gratiani quondam principis coniux, eiusque mater Pissamena. quippe quod ex liberalitate Theodosii fiscus eis apparatum mensae regiae praeberet, non pauci, quae harum mulierum erat humanitas, ex earum domo famem solabantur.

40. Cum autem malo ad extremum progresso periculum esset, ne tandem eo redigerentur ut mutuo se vorarent, tentatis omnibus aliis quae hominibus etiam abominabilia videntur esse, legationem mittendam ad hostem statuunt, quae denuntiarent obsessos et ad pacem paratos esse, modo condiciones ea mediocres haberet, et ad proelium paratiores, posteaquam populus Romanus et arma sumpsisset in manus et ex eorum tractatione continua non amplius pugnare formidaret. delecto ad hanc legationem Basilio, qui genere Hispanus erat praesidisque provinciae dignitatem adeptus, comitem

χου δὲ ἀξίᾳ τετιμημένου, συνεξῄει τούτῳ καὶ Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος, οἷα γνώριμος Ἀλαρίχῳ καὶ πρόξενος. οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἠπίστουν εἰ αὐτὸς Ἀλάριχος ἔτι πάρεστι καὶ αὐτὸς ὁ τὴν Ῥώμην εἴη πολιορκῶν· ἐκ γὰρ τῆς προλαβούσης ἐβουκολοῦντο φήμης, ὡς ἕτερος εἴη τῶν τὰ Στελίχωνος φρονούντων αὐτὸν ἐπαγαγὼν τῇ πόλει. οἱ δὲ πρέσβεις ὡς αὐτὸν ἀφικόμενοι κατεδύοντο μὲν ἐπὶ τῇ χρόνον τοσοῦτον κατασχούσῃ τοὺς Ῥωμαίους ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ τῆς γερουσίας ἀπήγγελλον. ὧν Ἀλάριχος ἀκούσας, καὶ ὅτι μεταχειριζόμενος ὁ δῆμος ὅπλα παρεσκεύασται πολεμεῖν, "δασύτερος ὢν ὁ χόρτος" ἔφη "τέμνεσθαι ῥᾷον ἢ ἀραιότερος", καὶ τοῦτο φθεγξάμενος πλατὺν τῶν πρέσβεων κατέχεε γέλωτα. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἐληλύθασι λόγους, ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς· ἔλεγε γὰρ οὐκ ἄλλως ἀποστήσεσθαι τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ τὸν χρυσὸν ἅπαντα, ὅσον ἡ πόλις ἔχοι, καὶ τὸν ἄργυρον λάβοι, καὶ πρὸς τούτοις ὅσα ἐν ἐπίπλοις εὕροι κατὰ τὴν πόλιν καὶ ἔτι τοὺς βαρβάρους οἰκέτας. εἰπόντος δὲ τῶν πρέσβεων ἑνὸς "εἰ ταῦτα λάβοις, τί λοιπὸν ἔτι τοῖς ἐν τῇ πόλει καταλιμπάνεις"; "τὰς ψυχὰς" ἀπεκρίνατο. ταύτην οἱ πρέσβεις δεξάμενοι τὴν ἀπόφασιν ᾔτησαν τοῖς ἐν τῇ πόλει κοινώσασθαι τὸ πρακτέον. ἐνδοσίμου δὲ τυχόντες τοὺς ἐν τῇ πρεσβείᾳ γενομένους ἀπήγγειλαν λόγους. τότε δὴ πεισθέντες Ἀλάριχον εἶναι τὸν πολεμοῦντα, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ἀνθρωπίνην ἰσχὺν φέρουσιν

2 fortasse singulari numero legendum ὃν τριβοῦνον καλοῦσιν. S.

ei se Ioannes adiunxit, praepositus aliquando notariis principis, quos tribunos vocant, velut Alaricho notus et partium conciliator. non enim certo Romanis constabat, an adhuc ipsemet Alarichus adesset et an ipse Romam obsideret: quippe nonnihil eos sparsa prius fama solabatur, hunc alium esse qui Stelichonis partibus faveret et ipsum ad urbem adduxisset. cum ad Alarichum legati venissent, puduit eos ignorantiae, in qua tam diu populus Romanus haesisset; pariterque mandata senatus exponunt. quibus Alarichus auditis, ac praesertim quod populus arma tractans ad pugnam paratus esset, "spissius" inquit "foenum rariore facilius secatur." quod verbum prolocutus ingenti sublato cachinno legatos irrisit. cum autem ad colloquia de pace ventum esset, verbis omnem barbaricam insolentiam superantibus utebatur. aiebat enim non aliter se finem obsidionis facturum, nisi et aurum omne, quod esset in urbe, et argentum omne accepisset, praeterea quicquid repperisset in urbe supellectilis, itemque mancipia barbara. hic cum dixisset alter legatorum, si quidem haec abstulisset, quid eis tandem relinqueret qui essent in urbe? "animos" respondit. hoc legati accepto responso, ut cum obsessis sibi colloqui liceret de eo quod agendum esset, petunt. impetratis indutiis, quae hac legatione fuissent ultro citroque dicta, nuntiant. tum vero persuasi Romani Alarichum esse qui bello vexaret urbem, ac desperatis

ἀπογνόντες, ἀνεμιμνήσκοντο τῆς ἐπιφοιτώσης πάλαι τῇ πόλει κατὰ τὰς στάσεις ἐπικουρίας, καὶ ὡς παραβάντες τὰ πάτρια ταύτης ἔρημοι κατελείφθησαν.

41. Περὶ δὲ ταῦτα οὖσιν αὐτοῖς Πομπηϊανὸς ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος ἐνέτυχέ τισιν ἐκ Τουσκίας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικομένοις, οἳ πόλιν ἔλεγόν τινα Νεβηΐαν ὄνομα τῶν περιστάντων ἐλευθερῶσαι κινδύνων, καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐχῇ καὶ κατὰ τὰ πάτρια θεραπείᾳ βροντῶν ἐξαισίων καὶ πρηστήρων ἐπιγενομένων τοὺς ἐπικειμένους βαρβάρους ἀποδιῶξαι. τούτοις διαλεχθεὶς ἔπεισεν ὅσα ἐκ τῶν ἱερατικῶν ὄφελος. ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν, ἀσφαλέστερον ἐθέλων πρᾶξαι τὸ σπουδαζόμενον ἀνατίθεται πάντα τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ· ἦν δὲ Ἰννοκέντιος. ὁ δὲ τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν ἔμπροσθεν τῆς οἰκείας ποιησάμενος δόξης λάθρᾳ ἐφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν ἅπερ ἴσασιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλως ἔφασαν τῇ πόλει τὰ γενόμενα συντελέσειν, εἰ μὴ δημοσίᾳ τὰ νομιζόμενα πραχθείη, τῆς γερουσίας εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβαινούσης, αὐτόθι τε καὶ ἐν ταῖς τῆς πόλεως ἀγοραῖς ὅσα προσήκει πραττούσης, οὐκ ἐθάρρησεν οὐδεὶς τῆς κατὰ τὸ πάτριον μετασχεῖν ἁγιστείας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς Τουσκίας παρῆκαν, ἐτράπησαν δὲ εἰς τὸ θεραπεῦσαι τὸν βάρβαρον καθ' ὅσον ἂν οἷοί τε γένωνται. πέμπουσι τοίνυν καὶ αὖθις τοὺς πρέσβεις, καὶ λόγων ἑκατέρωθεν πλείστων γεγενημένων ἐδόκει δοθῆναι παρὰ τῆς πό-

6 forsan *Nepet*. *S*. 7 ἀρχῇ LP. 9 Leunclavius ἐποίησε. posset etiam ἔπραξε legi. *S*. ἐπείσθη *R*. 14 ἅπασιν ἴσασιν LP.

omnibus quae vires humanas spectarent, ad animos revocant eam opem quam in seditionibus olim urbs fuisset experta, quodque patritis ritibus violatis hanc amisissent.

41. Dum haec ipsi secum expendunt, Pompeianus praefectus urbis forte in quosdam incidit, qui Romam e Tuscia venerant, et oppidum quoddam aiebant, cui nomen Neveia, praesentibus se liberasse periculis, perque nuncupata numini vota cultumque patritum, tonitruis et fulgetris immanibus elicitis, barbaros imminentes abegisse cum his collocutus, quaecunque de Pontificum libris fieri expediret, fecit. quia vero ad animum accidebat ei quae tunc invaluerat opinio, quo tutius id perageret quod in votis habebat, omnia cum urbis episcopo communicat. is erat Innocentius, qui quidem opinioni suae salutem urbis anteponens clam permisit eis, ut facerent quaecunque scirent. cum illi non aliter haec urbi conductura dicerent, nisi publice consueta sacrificia fierent, senatu in Capitolium adscendente atque tum ibi tum quolibet in urbis foro, rite debita sacra peragente, nemo interesse caerimoniis ritu patrio celebrandis ausus fuit, sed hominibus illis e Tuscia valere iussis ad permulcendum omni studio barbarum se convertunt. itaque rursus ad eum legatos mittunt, et utrinque plurimis in medium prolatis placuit ab

λεως πεντακισχιλίας μὲν χρυσίου λίτρας, τρισμυρίας τε πρὸς ταύταις ἀργυρίου, σηρικοὺς δὲ τετρακισχιλίους χιτῶνας, ἔτι δὲ κοκκοβαφῆ τρισχίλια δέρματα καὶ πέπερι σταθμὸν ἕλκον τρισχιλίων λιτρῶν. οὐκ ὄντων δὲ τῇ πόλει δημοσίων χρημάτων, πᾶσα ἦν ἀνάγκη τοῖς ἀπὸ τῆς γερουσίας, ὅσοι τὰς οὐσίας εἶχον, ἐκ καταγραφῆς ταύτην ὑποστῆναι τὴν εἰσφοράν. ἐπιτραπεὶς δὲ Παλλάδιος τῇ δυνάμει τῆς ἑκάστου περιουσίας τὸ δοθησόμενον συμμετρῆσαι, καὶ ἀδυνατήσας εἰς ὁλόκληρον ἅπαντα συναθροῖσαι, ἢ τῶν κεκτημένων μέρος τι τῶν ὄντων ἀποκρυψάντων ἢ καὶ ἄλλως πως εἰς πενίαν τῆς πόλεως ἐλθούσης διὰ τὰς ἐπαλλήλους τῶν κρατούντων πλεονεξίας, ἐπὶ τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ὁ τὰ ἀνθρώπινα λαχὼν ἀλιτήριος δαίμων τὰ πράγματα πράττοντας ἤγαγε. τὸ γὰρ ἐλλεῖπον ἀναπληρῶσαι διὰ τοῦ κόσμου τοῦ περικειμένου τοῖς ἀγάλμασιν ἔγνωσαν, ὅπερ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τὰ τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα καὶ τοῦ καθήκοντος κόσμου τυχόντα διὰ τὸ φυλάξαι τῇ πόλει τὴν εὐδαιμονίαν ἀΐδιον, ἐλαττωθείσης κατά τι τῆς τελετῆς ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνενέργητα. ἐπεὶ δὲ πανταχόθεν ἔδει τὰ φέροντα πρὸς ἀπώλειαν τῆς πόλεως συνδραμεῖν, οὐκ ἀπεκόσμησαν τὰ ἀγάλματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχώνευσάν τινα τῶν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένων, ὧν ἦν καὶ τὸ τῆς ἀνδρίας, ἣν καλοῦσι Ῥωμαῖοι οὐιρτούτεμ· οὗπερ διαφθαρέντος, ὅσα τῆς ἀνδρίας ἦν καὶ ἀρετῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀπέσβη, τοῦτο τῶν περὶ τὰ

3 ἔχον L. 12 τὰ] τοὺς τὰ? 21 ὅπερ διαφθαρέντες LP. 22 τοῦ τε LP.

urbe solvi quinque milia pondo auri, argenti triginta milia, vellerum coccineorum tria milia, piperis tria librarum milia. quod autem nullas urbs in fisco pecunias haberet, omnino necessitas flagitabat ut ii senatores, quotquot habebant patrimonia, collationem hanc ex descriptione susciperent. cumque Palladio datum hoc negotii fuisset ut, quod solvendum erat, ex singulorum patrimonii facultate metiretur, isque nequivisset in solidum omnia cogere, vel quod ipsi possessores partem aliquam bonorum occultassent, vel quod esset urbs alioqui propter imperatorum continuas et avaras exactiones ad paupertatem redacta, sceleratus ille genius, qui tunc sortitus res humanas erat, ad ipsum colophona malorum praefectos hisce negotiis impulit. nam quod deerat mundo supplere statuunt, quo erant exornata deum simulacra. quod sane nihil aliud erat quam simulacra sacris ritibus ac caerimoniis dedicata mundoque decenti exornata, propterea quod urbi felicitatem perpetuam conservassent, his ipsis caerimoniis nonnihil deminutis esse inanima prorsus et inefficacia. quod denique cuncta, quae tenderent ad interitum urbis, undique concurrere oporteret, non ornamenta duntaxat sua simulacris ademerunt, verum etiam nonnulla ex auro et argento facta conflarunt. quorum erat in numero Fortitudinis quoque simulacrum, quam Romani Virtutem vocant. quo sane abolito, quicquid fortitudinis atque virtutis apud Ro-

θεῖα καὶ τὰς πατρίους ἁγιστείας ἐσχολακότων ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου προφητευσάντων.

42. Τὰ μὲν οὖν χρήματα τοῦτον συνεκομίσθη τὸν τρόπον, ἐδόκει δὲ πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείαν σταλῆναι κοινωσομένην αὐτῷ περὶ τῆς ἐσομένης εἰρήνης, καὶ ὡς οὐ τὰ χρήματα μόνον Ἀλάριχος ἀλλὰ καὶ παῖδας τῶν εὖ γεγονότων ὁμήρους ἐθέλοι λαβεῖν ἐφ' ᾧ τε δὴ μὴ μόνον εἰρήνην ἀλλὰ καὶ ὁμαιχμίαν πρὸς τὸν βασιλέα ποιήσασθαι, χωρήσειν τε ὁμόσε Ῥωμαίοις κατὰ παντὸς ἐναντία τούτοις φρονεῖν βουλομένου. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τὴν εἰρήνην ἐπὶ τούτοις ἐδόκει γενέσθαι, τὰ μὲν χρήματα τοῖς βαρβάροις ἐδόθη, τριῶν δὲ ἀγορὰν ἡμερῶν τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀλάριχος ἀνῆκεν, ἄδειαν ἐξόδου διά τινων πυλῶν αὐτοῖς δεδωκώς, ἐπιτρέψας δὲ καὶ τὸν ἐκ τοῦ λιμένος ἀνάγεσθαι σῖτον. ἀναπνευσάντων δὲ τῶν πολιτῶν, ἀποδομένων τε ὅσα ἦν αὐτοῖς περιττά, καὶ τὰ ἐνδέοντα πριαμένων ἢ ἐξ ἀμοιβῆς ἄλλων πραγμάτων πορισαμένων, ἀνεχώρουν τῆς Ῥώμης οἱ βάρβαροι, καὶ τὰς σκηνὰς ἔν τισι περὶ τὴν Τουσκίαν ἐπήγνυντο τόποις. καὶ οἱ μὲν οἰκέται σχεδὸν ἅπαντες, οἳ κατὰ τὴν Ῥώμην ἦσαν, ἑκάστης ὡς εἰπεῖν ἡμέρας ἀναχωροῦντες τῆς πόλεως ἀνεμίγνυντο τοῖς βαρβάροις, εἰς τεσσάρων μυριάδων πλῆθος συνειλεγμένοι· ἀλιώμενοι δέ τινες τῶν βαρβάρων τοῖς ἐπὶ τὸν λιμένα κατιοῦσι καὶ ἀνακομίζουσί τι τῶν ἐπιτηδείων ἐπῄεσαν, ὅπερ μαθὼν Ἀλάριχος ὡς μὴ

5 χρήσιμα LP. 20 συνειλεγμένοι Leunclavius: libri συνειλεγμένοις. ἀλώμενοι idem pro vulgato ἀλιώμενοι.

manos superabat, exstinctum fuit; id quod ex eo tempore futurum homines rebus divinis et ritibus patriis exerciti praedixerunt.

42. Collectis igitur in hunc modum pecuniis, visum est ad imperatorem mittendam esse legationem, quae cum eo de pace futura conferret, ac significaret Alarichum non solum pecunias verum etiam nobilium filios obsides accipere velle, et hoc modo non tantum pacem sed et belli societatem cum imperatore initurum, et cum Romanis in aciem proditurum adversus quemvis qui esse hostili vellet in eos animo. cum principi quoque videretur pacem hisce condicionibus esse componendam, pecunia barbaris numerata fuit. et Alarichus triduo forum permisit urbanis, exeundi licentia per quasdam portas eis concessa, cum etiam e portu subvehendae annonae potestatem fecisset. posteaquam cives respirassent, omnibusque reliquis sibi venditis coëmissent necessaria vel ex permutatione rerum aliarum acquisivissent, Roma barbari discesserunt et castra quibusdam in locis circa Tusciam metati sunt. ac mancipia quidem propemodum omnia, quae Romae erant, in singulos fere dies ex urbe aufugientia barbaris semet aggregabant, ita quidem ut collecta servorum multitudo ad quadraginta milia excresceret. dum vero barbari quidam hinc inde vagantur, Romanos ad portum devectos et commeatus aliquid subvehentes adorti sunt. hoc ubi comperisset Alarichus,

κατὰ γνώμην αὐτοῦ γινόμενον ἐκκόπτειν ἐσπούδαζε. δοκούσης δὲ εἶναι τῶν κακῶν μετρίας ἀνακωχῆς, ἐν μὲν τῇ Ῥαβέννῃ πρόεισιν ὁ βασιλεὺς Ὁνώριος ὕπατος, ὀκτάκις ἤδη τῆς τιμῆς ταύτης τυχών, κατὰ δὲ τὴν ἑῴαν Θεοδόσιος τὸ τρίτον ὁ βασιλεύς.

a. 409 43. Ἐπὶ τούτῳ τε Κωνσταντῖνος ὁ τύραννος εὐνούχους πρὸς Ὁνώριον ἔστελλε, συγγνώμην αἰτῶν ἕνεκα τοῦ τὴν βασιλείαν ἀνασχέσθαι λαβεῖν· μηδὲ γὰρ ἐκ προαιρέσεως ἑλέσθαι ταύτην, ἀλλὰ ἀνάγκης αὐτῷ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπαχθείσης. ταύτης ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς τῆς αἰτήσεως, θεωρῶν τε ὡς οὐ ῥᾴδιον αὐτῷ τῶν σὺν Ἀλαρίχῳ βαρβάρων οὐ πόρρω ὄντων περὶ πολέμων ἑτέρων διανοεῖσθαι, καὶ προσέτι γε λόγον ποιούμενος συγγενῶν οἰκείων παρὰ τοῦ τυράννου κατεχομένων (οὗτοι δὲ ἦσαν Βερηνιανὸς καὶ Διδύμιος), ἐνδίδωσι ταῖς αἰτήσεσιν, ἐκπέμπει δὲ αὐτῷ καὶ βασιλικὴν ἐσθῆτα. τῶν μὲν οὖν συγγενῶν ἕνεκα ματαίαν εἶχε φροντίδα, πρὸ ταύτης τῆς πρεσβείας ἀποσφαγέντων, τοὺς δὲ εὐνούχους ἐπὶ τούτοις ἀπέπεμπεν.

44. Οὔπω δὲ τῆς πρὸς Ἀλάριχον βεβαιωθείσης εἰρήνης οἷα τοῦ βασιλέως οὔτε τοὺς ὁμήρους παραδόντος οὔτε τὰ αἰτούμενα πάντα πληρώσαντος, ἐπέμποντο παρὰ τῆς γερουσίας εἰς τὴν Ῥάβενναν πρέσβεις Κεκιλιανὸς καὶ Ἄτταλος καὶ Μαξιμιανός, οἳ πάντα ἀποδυρόμενοι τὰ συμβάντα τῇ Ῥώμῃ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων ἐκτραγῳδήσαντες ἤνυσαν πλέον οὐδέν, Ὀλυμπίου

12 Paulo Diacono *Veridianus.*

veluti non sua voluntate factum, singulari studio vindicatum prohibuit. mediocre iam laxamentum hoc malorum esse videbatur, quo tempore Honorius imperator Ravennae consulatum inibat, octies honorem hunc consecutus, in Oriente Theodosius Augustus, iam tertium consul.

43. Secundum haec mittit Constantinus tyrannus eunuchos ad Honorium, veniam poscens quod imperium delatum accepisset: non enim id se sponte sua rapuisse, sed a militibus adhibita vi fuisse coactum. hoc postulatum ubi princeps audivisset, animadvertens haud facile se, quam diu militantes Alaricho barbari longius remoti non essent, de bellis aliis cogitare posse, praetereaque rationem propinquorum habens qui a tyranno in vinculis detinebantur (erant autem ii Verenianus et Didymius), non postulato duntaxat assensus est, sed et imperatoriam vestem ei misit. ac propinquorum quidem causa frustra sollicitus erat, qui ante legationem hanc iugulati fuerant. his actis eunuchos dimittit.

44. Ceterum pace cum Alaricho nondum confirmata, quod imperator nec obsides dedisset nec postulatis omnibus satisfecisset, ab senatu legati Ravennam mittuntur, Caecilianus Attalus et Maximianus; qui deploratis rebus adversis quae urbi accidissent, et eorum multitudine qui periissent tragicum in morem amplificata, nihil his rebus perfecerunt, Olympio cuncta

συνταράσσοντος πάντα καὶ τοῖς καλῶς ἔχειν δοκοῦσιν ἐμποδὼν γινομένου. ταύτῃ τοι τοὺς πρέσβεις ἐάσας ἀπράκτους ἐφ' οἷς ἐληλύθασι, παραλύσας Θεόδωρον τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς Κεκιλιανῷ ταύτην παρέδωκεν, Ἄτταλον δὲ προεστάναι τῶν θησαυρῶν ἔταξεν. ἔργον δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔχοντος τοῦ Ὀλυμπίου ἢ τὸ πανταχόθεν τοὺς Στελίχωνι συνεπίστασθαί τι λεγομένους ἰχνεύειν, ἤχθησαν εἰς κρίσιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συκοφαντίᾳ Μαρκελλιανὸς καὶ Σαλώνιος, ὄντες ἀδελφοὶ καὶ ἐν τῷ τάγματι τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων ἀναφερόμενοι· καὶ τούτους γὰρ Ὀλύμπιος τῷ τῆς αὐλῆς παρέδωκεν ὑπάρχῳ, καὶ αἰκισμοῦ παντὸς εἴδει τὸ σῶμα ξανθέντες τῶν Ὀλυμπίῳ σπουδαζομένων εἶπον οὐδέν.

45. *Τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐν οὐδεμιᾷ τύχῃ βελτίονι καταστάντων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ πέντε τῶν ἀπὸ Δαλματίας στρατιωτικὰ τάγματα, τῆς οἰκείας μεταστάντα καθέδρας, ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ῥώμης ἐλθεῖν. τὰ δὲ τάγματα ταῦτα ἐπλήρουν ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, τόλμῃ καὶ ῥώμῃ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος κεφάλαιον ὄντες. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Οὐάλης πρὸς πάντα κίνδυνον ἑτοιμότατος, ὃς οὐκ ἀξιώσας δι' ὁδῶν ἃς οὐκ ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι διελθεῖν, καραδοκήσαντος Ἀλαρίχου τὴν πάροδον ἐπιπεσόντος τε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι πάντας ὑπὸ ταῖς τῶν πολεμίων πεποίηκε γενέσθαι χερσί, καὶ μόλις διέφυγον ἄνδρες ἑκατόν, ἐν οἷς καὶ ὁ τούτων*

1 *γενομένου* vulgo. 3 *τῶν ὑπάρχων*] plur. an ergo praefectura praetorii et urbis? *Reinesius.* rescribendum est *τοῦ ὑπάρχου*; Theodorus hoc anno 409 praefectus praetorio fuit. v. Gothofred. in Prosopograph. c. Th. Pagi Crit. Bar. ad h. a. *praefectura urbana* singul. num. vertere iubet; et Leunclavius ita verterat. *R.* 10 *παντὶ?* *ἤδη* LP. 21 *ἐν* om LP.

perturbante, atque impediente quae recta viderentur. itaque dimissis ita legatis ut eas res, quarum causa venerant, non impetrarent, Theodoro praefectura praetorii deiecto, Caeciliano eam tradidit, et Attalum fisco praeesse iussit. cum autem Olympius nihil aliud agendum sibi proponeret quam ut eos undique pervestigaret qui aliquid de Stelichone scire perhiberentur, ob huiusmodi calumniam in ius ducti sunt Marcellianus et Salonius fratres, inter notarios principis militantes; quos Olympius praefecto praetorii tradidit. cumque nullo non genere verberum caesa fuissent eorum corpora, nihil tamen illorum proferebant quae Olympius cognoscere gestiret.

45. Rebus urbanis Romae nihilo melius quam antea constitutis, visum est principi quinque Dalmaticos militum ordines, de suis excitos sedibus, ad urbis custodiam arcessere. in his ordinibus erant hominum sex milia, qui tum audacia tum robore corporum exercitus Romani velut ipse vertex erant. eorum dux Valens, ad obeundum quodvis periculum promptissimus, cum indignum arbitraretur ea per itinera proficisci quae ab hoste non obsiderentur, Alaricho transitum eius exspectante suisque cum copiis universis irruente, cunctos hosce milites in hostium manus coniecit. vix centum fuga dilapsi

ἡγούμενος ἦν· οὗτος γὰρ ἅμα Ἀττάλῳ τῷ ὑπὸ τῆς γερουσίας σταλέντι πρὸς τὸν βασιλέα οἷός τε γέγονεν εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν διασωθῆναι. κακῶν δὲ μειζόνων ἀεὶ τοῖς οὖσι προστιθεμένων, ἐπιστὰς Ἄτταλος τῇ Ῥώμῃ παραλύει τῆς φροντίδος Ἡλιοκράτην, ἣν ὁ βασιλεὺς ἦν αὐτῷ παραδοὺς Ὀλυμπίῳ πειθόμενος. ἐτέτακτο γὰρ τὰς οὐσίας τῶν δεδευμένων διὰ τὴν Στελίχωνος οὐσίαν διερευνῆσαι καὶ ταύτας τοῦ δημοσίου ποιεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ μέτρια φρονῶν τὸ τοῖς δυστυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν ἐν ἀσεβείας ἐτίθετο μέρει, καὶ οὔτε πρὸς ἀκρίβειαν τὰ πράγματα ἀνεζήτει, πολλοῖς δὲ καὶ ἀποκρύπτειν ἃ δύναιντο λάθρᾳ ἐδήλου, φαῦλός τις εἶναι διὰ τοῦτο δόξας εἰς τὴν Ῥάβενναν ἤγετο, τῆς περὶ τοὺς ἀτυχήσαντας φιλανθρωπίας ἕνεκα δίκην ἐκτίσων. καὶ πάντως ἂν ἐτιμήθη θανάτου διὰ τὴν τότε κρατοῦσαν ὠμότητα, εἰ μή τινα τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν ἔτυχε τηνικαῦτα καταλαβών. Μαξιμιλλιανὸς δὲ τοῖς πολεμίοις περιπεσὼν ἀπεδόθη Μαρινιανῷ τῷ πατρὶ τρισμυρίων ὑπὲρ αὐτοῦ δοθέντων χρυσῶν· ὡς γὰρ ἀναβαλομένου τὴν εἰρήνην τοῦ βασιλέως καὶ μὴ πληρώσαντος τὰ συγκείμενα οὐκ ἦν ἔτι τοῖς Ῥωμαίοις ἡ τῆς πόλεως ἔξοδος ἐλευθέρα. ἀλλὰ τῆς μὲν εἰρήνης ἕνεκα καὶ αὖθις ὡς βασιλέα πέμπει πρέσβεις ἡ γερουσία, καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου τοῖς πρέσβεσι συναπάραντος· ἦσαν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ βαρβάρων τινὲς ὑπ' Ἀλαρίχου σταλέντες, ὡς

6 τῶν δεδημευμένων διὰ τὴν Στ. οἰκείωσιν Leunclavius, τῶν δεδεμένων διὰ τὴν Στ. γνῶσιν. S. 8 ἐπεμβαίνειν] libri ἐνεπεμβαίνειν. 14 sunt qui *Maximianum* malint. *S.* aut enim h. l. Μαξιμιανὸς legendum, aut c. 44 ineunte Μαξιμιλλιανός. 17 συγκείμενα] συγκείμενα τοῖς ἁλισκομένοις τῶν εὖ γεγονότων P.

sunt; quorum in numero et ipse dux erat: nam is cum Attalo, qui ab senatu missus ad principem fuerat, in urbem profectus incolumis evasit. cum autem praesentibus malis alia maiora semper accederent, Romam ingressus Attalus Heliocratem ea cura liberat, quae illi a principe fuerat auctore Olympio commissa. quippe datum hoc illi erat negotii, ut eorum bona qui propter familiaritatem Stelichonis proscripti fuissent indagaret, eaque in fiscum redigeret. quia vero moderati vir ingenii sane quam impium duceret insultare miseris, ac neque res strictius inquireret, et multis etiam clanculum significaret ut quaecunque possent occultarent, visus iccirco nullius esse pretii Ravennam abducitur, ob humanitatem miseris praestitam poenas luiturus; omninoque morte multatus ob grassantem id temporis immanitatem fuisset, nisi forte quandam in ecclesiam Christianorum se recepisset. Maximillianus autem cum in hostium manus incidisset, Martiniano patri venditus est, triginta milibus aureorum pro eo solutis. cum enim pacem princeps differret et pactis conventis haud satisfaceret, non amplius Romanis extra urbem prodire liberum erat. senatus quidem pacis causa legatos iterum ad principem mittit, cum quibus et Romanus episcopus proficiscitur. aderant iisdem et barbari quidam ab Alaricho missi, ut eos ab hostibus infesta ha-

ἂν περισώζοιεν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐνοχλούντων ταῖς ὁδοῖς πολεμίων. ἀλλὰ τούτων ἐς τὸν βασιλέα κεχωρηκότων, Ἀτάουλφος γενόμενος ὑπ' Ἀλαρίχου μετάπεμπτος, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διεξῆλθον, ἐπεραιώθη τὰς Ἄλπεις τὰς ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Οὐενετίαν φερούσας. ὅπερ ὁ βασιλεὺς ἀκηκοώς, μὴ πολλήν τε δύναμιν εἶναι αὐτῷ, τοὺς στρατιώτας πάντας, ἱππέας τε καὶ πεζούς, ὅσοι κατὰ τὰς πόλεις ἦσαν, ἀπαντῆσαι τούτῳ διέταξεν ἅμα τοῖς σφῶν ἡγεμόσιν. Ὀλυμπίῳ δὲ τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἡγουμένῳ τοὺς ἐν τῇ Ῥαβέννῃ δέδωκεν Οὔννους, τριακοσίους ὄντας τὸν ἀριθμόν, οἵτινες ἐπειδὴ τοὺς ἐληλυθότας .... Πείσας αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ἐπιθέμενοι καὶ συμπεσόντες ἀναιροῦσι μὲν τῶν Γότθων ἑκατὸν καὶ χιλίους, ἑπτακαίδεκα δὲ μόνοι πεσόντες εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐσώθησαν.

46. Ὀλύμπιον δὲ οἱ περὶ τὴν αὐλὴν εὐνοῦχοι πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλόντες ὡς αἴτιον τῶν οὐ δεξιῶς συμβεβηκότων τῷ πολιτεύματι, παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς πεποιήκασιν. ὁ δὲ μὴ καὶ ἕτερόν τι πάθοι δεδιώς, φυγῇ χρησάμενος τὴν Δαλματίαν κατελάμβανεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὕπαρχον μὲν τὸν Ἄτταλον εἰς τὴν Ῥώμην ἐκπέμπει, πολὺν δὲ ποιούμενος λόγον τοῦ μὴ λαθεῖν τι τῶν εἰς τὸ ταμιεῖον ἐλθόντων, ἐκπέμπει Δημήτριον ἣν εἶχεν Ἄτταλος φροντίδα πληρώσοντα καὶ διερευνησόμενον τὰς οὐσίας [ὅσαι] τοῦ δημοσίου γεγόνασι. πολλὰ δὲ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄλλα καινοτομήσας, καὶ τοὺς μὲν πρότερον καταδυναστεύοντας ἐκβαλών, ἄλλοις δὲ τὰς ἀρχὰς παραδούς, ἔταξε καὶ Γενέριδον τῶν ἐν Δαλ-

2 Τάουλφος LP. 3 ἐν τοῖς ἀνωτέρω] c. 37. 20 ὅσαι om libri. 21 γεγόνασι om L. δὲ om P.

bentibus itinera tutarentur. cum ad imperatorem hi profecti essent, arcessitus ab Alaricho Ataulphus, quemadmodum supra commemoravi, Alpes transiit, quae a Pannonia Venetiam versus se porrigunt. quo comperto, quodque copias non magnas haberet, imperator ei milites universos, equites atque pedites, quotquot in urbibus erant, cum ducibus suis occurrere iussit. Olympio, qui dux erat palatinorum ordinum, Hunnos ad Ravennam numero trecentos dedit. hi cum eos qui venerant . . . . quam Pisas appellant, adorti, consertisque manibus 1100 Gotthos interfecerunt, et 17 duntaxat amissis Ravennam incolumes pervenere.

46. Cum autem eunuchi palatini Olympium apud principem insimulassent velut auctorem eorum casuum qui rei publicae adversi accidissent, tantum effecerunt ut ei magistratus abrogaretur. ille veritus ne quid aliud sibi gravius accideret, fuga se in Dalmatiam contulit. imperator Attalum urbi praefectum Romam mittit; nimioque sollicitus opere, ne quid rerum ad fiscum pertinentium occultaretur, Demetrium ablegat, qui Attali munus obiret et fiscalia bona perscrutaretur. cumque multa tum in creandis magistratibus tum aliis rebus innovasset, et eiectis iis qui prius cum potestate fuerant, aliis magistratus traderet, Generidum quoque Dalmaticis militibus uni-

ματίᾳ πάντων ἡγεῖσθαι, ὄντα στρατηγὸν καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι Παιονίαν τε τὴν ἄνω καὶ Νωρικοὺς καὶ Ῥαιτοὺς ἐφύλαττον, καὶ ὅσα αὐτῶν μέχρι τῶν Ἄλπεων. ἦν δὲ ὁ Γενέριδος βάρβαρος μὲν τὸ γένος, τὸν δὲ τρόπον εἰς πᾶν ἀρετῆς εἶδος εὖ πεφυκώς, χρημάτων τε ἀδωρότατος. οὗτος ἔτι τοῖς πατρῴοις ἐμμένων καὶ τῆς εἰς θεοὺς θρησκείας ἐκστῆναι οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι Χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων, τούτου τοῦ νόμου τεθέντος ἀρχῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ Γενέριδος ἔμεινεν ἐπ' οἴκου, τὴν ζώνην ἀποθέμενος. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπῄτει προϊέναι κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν εἰς τὰ βασίλεια, νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι τοὺς τὴν τῶν Χριστιανῶν μὴ τιμῶντας θρησκείαν. τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος ὡς ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸν νόμον κρατεῖν, ἐπ' αὐτοῦ δὲ οὐκέτι τοσαῦτα τῆς πολιτείας προκινδυνεύσαντος, ταύτης οὐκ ἀνέχεσθαι τῆς τιμῆς εἶπεν, εἰς ὕβριν πάντων φερούσης τῶν ὅσοι τῆς στρατείας διὰ τὸν νόμον διήμαρτον. καὶ οὐκ ἄλλως ἀντελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἕως ὁ βασιλεὺς αἰδοῖ τε ἅμα καὶ χρείᾳ συνωθούμενος ἔπαυσεν ἐπὶ πᾶσι τὸν νόμον, ἀποδοὺς ἑκάστῳ τῆς αὐτοῦ ὄντι δόξης ἄρχειν τε καὶ στρατεύεσθαι. ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενος τῆς μεγαλοφροσύνης Γενέριδος συνεχέσι

3 ὁ νέριδος P. 14 ὡς inclusa locum habere non potest, nisi mutatione in sequentibus facta legamus ὁ νόμος κρατεῖ. *S.* cf. ὡς ἐπὶ p 41 10 et 57 21, ὡς ἐς p. 91 19. 15 exspectabam ἐπ' αὐτῷ δέ: sequitur tamen προκινδυνεύσαντος. *H.* 16 ἀνέχεται LP.

versis praefecit, eundemque ceterorum etiam, quicunque per Pannoniam superiorem et Noricos et Raetos et quicquid horum est usque ad Alpes, in praesidiis erant, ducem constituit. atque hic Generidus erat ille quidem barbarus, sed indole ad quodvis genus virtutis praeclara praeditus et alienissimus ab avaritia. qui cum patritis ritibus adhuc inhaereret nec a cultu deum se pateretur abduci, lex promulgata fuit, quae in aula cingulo vetaret eos uti qui Christiani non essent. ea lege lata Generidus, qui cum potestate militibus Romae tum praeerat, cingulo deposito domi se continuit. cum autem princeps ab eo peteret ut, quando in magistratuum numero esset, ordine locoque suo ad palatium accederet, legem esse respondit, quae cingulum habere se vetaret, aut inter magistratus ulla ratione censeri qui religionem christianam non venerarentur. hic ubi subiecisset princeps eam quidem legem, ad alios quod attineret, ratam esse, sed ipsum illa non teneri, qui tantum pro re publica discriminum adiisset, respondit se honorem illum non accipere, qui ad omnium tenderet iniuriam, quotquot militia propter hanc legem spoliati fuissent. nec munus suum obiit, donec imperator pudore pariter et necessitate compulsus legem hanc in omnibus irritam esse iussit, concesso cuivis ut opinionem suam retinens et magistratu fungeretur et militaret. ab hac exorsus magnanimitate Generidus continuis laboribus milites exercet;

τοὺς στρατιώτας ἐπαίδευε γυμνασίαις, ἐπιδιδούς τε τὰς σιτήσεις αὐτοῖς παραιρεῖσθαι τούτων οὐδενὶ κατὰ τὸ σύνηθες ἐνεδίδου, καὶ αὐτός, ἐξ ὧν αὐτῷ τὸ δημόσιον ἐδίδου, τὰ πρέποντα τοῖς πλέον πονοῦσι φιλοτιμούμενος. καὶ τοιοῦτος φανεὶς τοῖς τε πλησιάζουσι βαρβάροις ἐπίφοβος ἦν, καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν τοῖς ἔθνεσιν, ὅσα φυλάττειν ἔλαχεν, ἐνεποίει.

47. Κατὰ δὲ τὴν Ῥάβενναν εἰς στάσιν ἀναστάντες οἱ στρατιῶται τὸν ταύτης λιμένα καταλαμβάνουσι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ βοῶντες καὶ τὸν βασιλέα φανῆναι σφίσιν αἰτοῦντες. τοῦ δὲ φόβῳ τῆς στάσεως ἀποκρυβέντος, προελθὼν εἰς μέσον Ἰόβιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἅμα καὶ τῇ τοῦ πατρικίου τετιμημένος ἀξίᾳ, ποιούμενος ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως (καίτοι γε αὐτὸς ἐλέγετο αἴτιος ταύτης εἶναι, κοινωνὸν ἔχων Ἑλλέβιχον εἰς τοῦτο τὸν τῶν ἱππέων ἡγούμενον δομεστίκων) ἀπῄτει λόγον αὐτοὺς ἀνθ' ὅτου πρὸς τοῦτο ἐξήχθησαν. ὡς δὲ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἤκουεν ὡς πᾶσα ἀνάγκη Τουρπιλλίωνα καὶ Βιγελάντιον αὐτοῖς ἐκδοθῆναι τοὺς στρατηγοὺς καὶ μετὰ τούτων Τερέντιον τὸν τῶν βασιλικῶν προεστῶτα κοιτώνων καὶ Ἀρσάκιον τὸν μετὰ τοῦτον τῇ τάξει καλούμενον, δείσαντος δὴ τοῦ βασιλέως τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐπανάστασιν, κατὰ μὲν τῶν στρατηγῶν ἀειφυγίας ἐκφέρεται ψῆφος καὶ ἐμβληθέντες πλοίῳ παρὰ τῶν ἀπαγόντων ἀναιροῦνται (τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς κελεύσας Ἰόβιος· ἐδεδίει γὰρ μή ποτε ἐπανελθόντες καὶ τὴν κατὰ σφῶν γνόντες ἐπιβουλὴν εἰς

ib. v. 11. cf. Claudian. de Stilich. 1. publicabantur Stilichonis bona, quae Cpoli habebat.

ib. v. 13. cf. Claudian. de bello Gildonico 230—324, in Eutrop. 1, de Stilich. 1, et Orosius 7 36. Gildo Firmi tyranni frater (4 16), quem ad imperium adspirantem ipse oppresserat, comes Africae constitutus erat. add. Symmach. 4 ep. 3.

ib. v. 19. parvam tantum manum in Africam ad bellum fuisse deportatam, tradunt Claudian. de Stilich. 1 314, Orosius 7 36. *Ritterus* laudat Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 10.

p. 261 v. 2. Gildo postquam fugam maritimam frustra tentaverat, captus et in carcerem ductus mortem sibi manu sua acceleravit. Claudian. de Stilich. 1 357. Orosius l. c.

ib. v. 12. vid. Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. circa fin. nam maxime probabile est hanc legem datam ideo, quia Eutropius capiti suo suorumque metuebat a Stilichone. huc Claudianus l. 2 in Eutrop. v. 500 facit. *Ritter.*

ib. v. 16. eandem rem observat etiam Ioannes Antiochenus in Excerpt. Valesianis p. 851. notat, indicante *Rittero,* hanc invidiosissimam vocem Gothofr. Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 11.

p. 262 v. 5. copiose quidem haec, multa tamen parum perspicue, Zosimus enarrat. cf. Claudian. in Eutrop. 2, Sozom. 8 4, Socrat. 6 6, Philostorg. 6 6.

p. 263 v. 2. hoc urget Gothofr. comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 11. *Ritter.*

p. 265 v. 15. Selgen (Laconum est colonia) *Πισιδίας πόλιν* dicit Stephanus Byzant., nec Strabo aliter lib. 12, nec lib. 5 5 Ptolemaeus; *δισμυριανδρόν ποτε* fuisse Strabo addit, i. e. 20 milia habuisse civium. confines autem sunt Pisidia et Pamphylia, ut noster etiam docet infra v. 17. *Cellar.*

p. 267 v. 8. *Gainas* ad speciem et simulate haec agere putandus: nondum enim animi consilia aperuerat. ne tamen *Tribigildis* omnino opprimeretur, mittit barbarorum turmas ad Leontem cum mandatis arcanis. mox v. 20. *Ῥωμαίων παντί,* etiam sublato *καί*, sanum vix est, nec fidem praestabo coniecturae: *στρατῷ παντί. H.*

ib. v. 17. non Tribigildo, ut Tillemontius t. 5 p. 453 pu-

tat, sed Leonti a Gaina ea auxilia missa sunt, ut verba Zosimi aperte docent. loci vero obscuritatem hac interpretatione dispelli credimus. audito Tribigildi periculo Gainas, ut via sibi esset succurrendi illi et occultandi quam animo agitabat fraudem, Leontem hortatur ut cum exercitu, cui ipse praeerat, et auxiliis barbarorum, quae ei mittebat, adversus hostem proficiscatur. barbari Leontem comitantes ut auxiliares copiae, castris eius relictis, quemadmodum res composita fuerat, ad Tribigildum transfugiunt, et eo duce Romanos ipsos, quos modo fuga deseruerant, hostiliter adoriuntur (c. 16 p. 266 6 c. 17 in.). facta est eiusmodi desertio paulo ante, quemadmodum Zosimus ipse tradit (c. 15), in media pugna, et testante Claudiano similis proditio barbarorum in fraudem Leontis excogitata erat. Tribigildus simulata fuga cum Leontem, superbientem de victoria, in socordiam rerumque negligentiam adduxisset, subito eum adortus in fugam Romanos agit, qua Leo ipse in paludes delatus misere periit.

p. 268 v. 14. Eutropius consul et patricius. vid. Claudian. in Eutrop. 1 init., Philostorg. 11 4, Sozom. 8 7: ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη.

p. 269 v. 2. huc pertinet integra lex 4 c. Th. de poen. ibi adi Comm. *Ritter*.

ib. v. 3. de causis dignitatis Eutropio ereptae auctores discrepant. vid. Chrysostomus in Eutropium t. 3 p. 381 seqq., Sozomen. 8 7, Socrat. 6 5, Philostorg. 6 6.

ib. v. 5. haec verba ἐξ ἐκείνου Leunclavius vertens *ab illo* de Eutropio intelligit, Reinesius interpretatur *ab illo tempore*, quae posterior quidem explicatio cum usu loquendi Zosimeo convenit (e. g. p. 208 2, 258 22, 307 1), verum non magis quam prior locum habere potest, quoniam ante Eutropium ecclesiis iam asyli ius fuisse vel ipse Zosimus docebit, Eutropium dicens abreptum ex ecclesia contra τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον. Sozomenus (8 7: cf. cod. Th. t. 3 p. 113, 119, 391) ius asyli per Eutropium abrogatum et a Theodosio iuniore demum ecclesiis alia lege restitutum esse scribit. quae cum ita sint, verba illa ita mihi videntur interpretanda: *ex illo tempore* (ἐξ ἐκείνου), *quo una cum religione Christiana invecta in rem publicam etiam asyla institui coeperunt.* quam interpretationem confirmare loco simili Zosimi possumus, l. 5 c. 23 p. 279 4, ubi monachos ad nullum rei publicae usum esse dixit, πλὴν ὅτι προϊόντες ὁδῷ, μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ᾠκειώσαντο. verba ἐξ ἐκείνου ad nihil praecedens possunt referri, et alium non admittunt sensum quam *ab initio vitae monasticae.*

ib. v. 7. gloriatur Chrysostomus (t. 4 p. 481 seqq. t. 3 p. 667 seqq.) Eutropium in asylo, quamdiu ipse illud non reliquerit, a se servatum, et asyli ius adversus violatores vindicatum esse.

p. 269 v. 8. Arcadii ad Aurelianum praef. pr. ea de re mandatum exstat in c. Theod. de poenis l. 17, his verbis: *adhibitis fidis custodibus ad Cyprum insulam perducatur, in qua tua sublimitas relegatum esse cognoscat. Cellar.*

ib. v. 12. pariter Philostorgius (11 6) *μεταπεμπτὸς ἀπὸ Κύπρου γίνεται*, et post *τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται*. *Cellar.*

p. 270 v. 19. epitheton *ὁσίας* ab aliena manu hic illatum esse videri potest: nam ad mentem Zosimi pagani hominis notionem venerationis habere nequit, neque cum usu loquendi convenit. Sozomenus, et qui de eo templo plurima disserit Evagrius (2 3), id nusquam usurpant, et posterior Euphemiam *παναγίαν* modo dixit.

p. 271 v. 4. Socrates 6 6 et Sozomenus 8 4 *Saturnini* tantum et *Aureliani* mentionem faciunt.

ib. v. 12. *δορυφόρων*. vid. Comm. ad l. 3 c. Th. ad Leg. Corn. de sicar. n. 8. *Ritter.*

ib. v. 17. de rebellione Gainae vid. Socrates 6 6, Sozomenus 8 4, Theodoretus 5 32 seq.; cf. Philostorgius 11 8.

ib. v. 20. traditae a Socrate et Sozomeno causae, cur Gainas urbem egressus sit, minus probabiles sunt quam ea quae a Zosimo proditur.

p. 272 v. 5. testibus Socrate et Sozomeno nefandum barbarorum consilium armis, quae urbe exeuntes occulte secum ferrent, animadversis nudatum fuit.

p. 273 v. 16. vid. Comm. ad l. 3 c. Th. ad Leg. Corn. de sicar. n. 9. *Ritter.*

ib. v. 18. Philostorg. l. c. de Fraiuto ait: *Γότθος μὲν τὸ γένος, Ἕλλην δὲ τὴν δόξαν. Cellar.*

ib. v. 22. latrones hosce fuisse Hunnos, *Ritteri* (in marg. not.) sententia est, cui adstipulantes nominat Gothofredum in Comm. ad l. 34 c. Th. de oper. publ. et Pagium ad a. 395 init. tomi 2.

p. 274 v. 12. memorabile est, quod rerum imperii ea subsecuta erat attenuatio, ut ne *triremes* quidem tum aedificari possent. qui recens est a Polybii lectione, poterit forte meminisse locum ubi ille *de hexeribus* agit. in bello cum Poenis quinqueremibus erant contenti Romani. v. Polyb. 1 20 et 63. *H.*

p. 275 v. 14. cogitandum est de rapidissimo undarum cursu in freto Hellesponti. cf. sup. ad p. 89 21. *H.*

p. 276 v. 9. *τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις*; ergo *οἱ τιμώμενοι* absolute, pro *οἱ θεοί*? *H.*

ib. v. 13. fuere coss. a. 401 *Vincentius* et *Fravitta*, seu, ut verius legitur, *Fravvittus*. unde apud nostrum emendandum videtur *Φραούϊτος*, ut apud Socratem 6 6 *Φραῦιτος*. *H.*

p. 277 v. 12. adstipulatur Zosimo Philostorgius l. c. Gainam ab Hunnis victum caesumque esse, Socrates vero et Sozo-

menus victores fuisse Romanos tradunt, et sedem victoriae in Thracia collocant.

p. 277 v. 18. eiusmodi alia in principem hunc verba inimica vide in Comm. ad l. 3 cod. Theod. ad Leg. Corn. de sicar. *Ritter.*

ib. v. 20. Sozomeno 8 25 et Philostorgio 11 8 auctoribus, Thracia ab Hunnis, qui Istrum traiecerant, vastata fuit.

p. 278 v. 2. agebatur in loco lacunoso *de exulibus Saturnino et Aureliano* cf. sup. p. 271 init. sic et Tillemont. in Arcadio art. 18 et nota 25. quid autem eorum reditus ad Eudoxiae odium in Ioannem Chrysostomum inflammandum attulerit, non satis constat. suspectum sane hunc Augusta habebat ob gratiam qua apud Gainam erat. *H.*

ib. v. 8. vid. c. 20 init. et ibi videbis etiam iungi *τὸν βασιλέα καὶ τὴν γερουσίαν.* *Ritter.*

ib. v. 16. l. 11 de Pagan. et ibi Gothofred. ac l. 37 de Episcop. et ibi Comm. *Ritter.* spectat res ad Theodosii I tempora, a. 389 initio facto a Bacchi templo. v. loca Sozomeni et aliorum ap. Tillemont. in Theodosio art. 52 sqq. Ioannes exulat a. 404. memorabilis est locus qui sequitur *de monachis.* *H.*

ib. v. 23. vid. Liban. orat. pro templis p. 475 ed. Trotz. et ibi loca a Godofred. collecta et inprimis elegantem Eunapii locum in vit. Sophist. et Comm. ad l. 1 de monach. *Ritter.*

p. 279 v. 3. *ἀναγκαίαν.* Gothofr. ad l. 63 c. Th. de decur. *Ritter.*

ib. v. 14. excitatae ob Ioannem turbae largius expositae sunt a Socrate 6 15—21 et Sozómeno 8 16—18, qui monachorum quidem caedem nusquam commemorant, Severianum episcopum autem, ut populi furorem mitigaret comprimeretque seditionem, frustra dedisse operam scribunt. cf. Zonaras 13 20.

ib. v. 18. *εὐνούχους.* vid. Comm. ad l. 34 c. Th. de petitionibus. *Ritter.*

p. 280 v. 8. *ἀβίωτον.* Ernesti de usu glossar. p. 35. *Ritter.*

ib. v. 11. de hisce secundis Ioannis turbis vid. Sozomenus 8 19—23. pluribus et ob diversas causas incendii culpa attributa fuit. Socrates 6 18, Chron. Pasch. p. 307. Ioanni successit in episcopatu Arsacius. circa annum 404, quo Cpolis his tumultibus vexata fuit, terminabatur *Eunapii* historia. Photius cod. 77.

ib. v. 17. *φλόγα.* vid. Comm. ad l. 44 c. Th. de oper. publ. *Ritter.* magnum hoc Ioannitarum flagitium incendii urbi parati; a quo alii eos liberare voluere. paulo ante *τοῖς συνήθεσιν ἱεροῖς* de *sacris sermonibus* est accipiendum, quibus turbulentus homo plebem exasperabat. *H.*

ib. v. 21. Palladius in Dialog. p. 10 t. 13 Op. Chrysost. add. p. 37. *Ritter.*

p. 280 v. 24. vid. l. 3 ad Leg. Corn. de sicar. n. 9. de Palatio habes leg. 47 c. Th. de opp. publ. *Ritter.*

p. 281 v. 4. in Helicone monte duplicis ordinis Musarum *ἀγάλματα* fuerunt, *πρῶτα*, *antiqua,* Cephisodoti opus, et comptiora etiam trium artificum, quorum singuli tres statuas effinxerunt. Pausan. Boeotic. f. 304 Gr. *Cellar.*

ib. v. 13. fuit autem Lindus urbs Rhodi insulae. de templo ita Strabo lib. 4: *ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανές, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα. Cellar.* nulla fides haberi potest indoctis horum et sequentium temporum hominibus iactantibus passim nobilia antiquitatis monumenta. agam ea de re diligentius in commentatione inserta t. 3 miscelli operis *Antiquar. Aufsätze.* Minervam Lindiam adhuc sec. 11 superstitem commemorat Cedren. p. 322 B. eam cum Iove ex aere factam fuisse suspicor, quia *ἀγάλματα* dicta, et miraculum hoc ipsum facit, quod ignis vi liquefacta non sunt. *H.*

p. 282 v. 5. *τὴν τοῦ ὄνου λεγομένην σκιάν.* h. l. causam nullam aut probabilem aut satis gravem repertam. alias plerumque de re nihili dicitur, de qua litigatur. v. Suid. h. v. *H.*

ib. v. 7. cf. c. 17. *Ritter.*

ib. v. 9. vid. hic Comm. ad l. ult. cod. Theod. de quaest. *Ritter.*

ib. v. 15. *Ἀρβαζάκιος.* paulo aliter effertur nomen apud Synesium ep. 134, quae huc etiam pertinet. *Ritter.*

p. 283 v. 1. huc pertinet Suidas v. *Ἀρβαζάκιος*, qui eius avaritiam notat.

ib. v. 5. de Isaurorum incursione vid. Sozomenus 8 25 et Philostorgius 11 8.

XII. DE HONORIO (l. 5 c. 26 — l. 6 c. 13).

In postrema hac historiae suae parte Zosimus, postquam in superioribus maxime Eunapium ducem habuit, Olympiodori nunc, scriptoris aequalis, diserti et fide dignissimi, vestigiis insistit, eiusque *Sylvam* (*Ὕλην*) ita sequitur, quantum scilicet comparatione epitomae a Photio confectae et historiae Zosimeae intelligitur, ut rationem et ordinem eundem servet, et ubi res naturali vinculo haud coniunctae explicandae sunt, a rerum serie cum eo deflectat, veluti in historia Constantini tyranni, quae paulo quidem seriore, commodo tamen loco integra et aliis haud interrupta enarratur. iudicio Zosimum suo esse usum nec temere auctoritatem ducis sui secutum, argumento erunt loca in quibus ab Olympiodoro discedit, et alia, quae vel in breviario Photii paulo prolixius sunt explicata, docebunt quantum sit in Zosimo brevitatis studium, quod vel obscuritatem nonnullis videtur affudisse locis (e. g. p. 294 22 sqq., 300 5 sqq., 324 15 sqq.). quae

de rerum causis iisque quae inde sequantur, ac de virtutibus vitiisque imperatorum rebusque praefectorum civilibus aut militaribus iudicata in hac parte legimus, Olympiodori potius esse quam ab Zosimo animi acie inventa suspicamur, eamque ob causam ea quae de Stilichonis virtutibus ac vitiis ab omni iniquitate alienus iudicavit, non Eunapio, qui ut impium in maiorum sacra hominem eum exagitaverat, sed Olympiodoro duce scripsit. qui cum Zosimo hic comparari scriptores adhiberique ad eius emendationem possint, ii et paucissimi sunt et minimi momenti. Orosius quidem, nisi iusto parcior ac brevior in rebus enarrandis fuisset indulsissetque minus ingenio superstitioso, ut aequalis aetate adeoque maxime auctoritate pollens, utilissimus ad hunc usum foret. suppeditant nonnulla quae huc faciunt, praeter Sozomenum et Philostorgium et chronographos Marcellinum et Prosperum, Iornandes et Procopius, hic in ultimis, ille in prioribus, denique Augustinus aequalis ac Frigeridus Turonensis. ultimo loco monebimus hiatum esse quodammodo historiae rerum quae inter annum 404 et 407 gestae erant. cum enim Eunapius historiae suae finem anno 404 fecerit, Olympiodorus autem suam a. 407 exorsus sit, relictum ab iis est spatium, quod nisi aliunde sartum Zosimus praestitit ac rebus in illo temporis intervallo gestis explevit, ipsius historiam imperfectam reddere debuit. quantum comparando potest coniici, ex Olympiodoro, qui exordium historiae suae paulo altius duxisse videtur, ea quae iis annis sunt inclusa sumpta sunt et translata. factum tamen vel sic ut male omitteret res nonnullas admodum notabiles, inprimis Alarichi primam in Italiam exscensionem.'

p. 283 v. 8. desiderantur hic ea quae ad priorem Alarichi in Italiam eruptionem pertinent. anno 400 Alarichus, cum superatis Alpibus in Italiam descendisset, proeliis commissis ad Pollentiam ac Veronam a Stilichone ita victus fugatusque est, ut post annos tres quam Italiam hostiliter invasisset, eam terram relinquere ac redire cis Alpes cogeretur (Claudianus de bello Getico; cf. *Tillemont.* t. 5 p. 522—532. *Gibbon.* t. 3 p. 145—155). eundem Alarichum postea Stilicho ad suas partes tractum magistrum militiae in Illyrico constituit (Sozomen. 8 25. cf. *Buat Histoire ancienne des peuples de l'Europe* t. 7 p. 69 seqq.).

ib. v. 15. exactius haec apud Olympiodorum sunt tradita. *Στελιχὼν* (Illyricum recuperare ut occidentalis regni partem cupiens) *μετεκαλέσατο ἐπὶ τὸ φυλάξαι Ὀνωρίῳ τὸ Ἰλλυρικόν· τῇ γὰρ αὐτοῦ ἦν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ πατρὸς ἐκνενεμημένον βασιλείᾳ.*

ib. accepit Alarichus vivo Stilichone *μισθὸν τῆς ἐκστρατείας μ' κεντηνάρια.* Olympiodor.

ib. v. 18. de Rodogaisi, qui quinquennio iam ante Alarichi fuerat in vastatione Italiae socius, incursu, Zosimus iusto brevius, Orosius 7 37 paulo fusius, verum non satis exacte scripsit.

p. 283 v. 20. Orosius (7 37) et Iornandes (de success. regn. c. 95) numerant *plus quam ducenta milia*, in quibus fuerunt mille et ducenti optimates (κεφαλιῶται).

p. 284 v. 2. Romam appropinquabat hostis. cf. Augustin. serm. 105 c. 10 et de civ. dei 5 23.

ib. v. 3. ἐν τῷ Τικήνῳ τῆς Λιγυστικῆς. olim Ticinum Insubrium in Transpadana erat. at hoc tempore *secunda provincia Liguria, in qua Mediolanum est et Ticinus, quae alio nomine Papia* (Pavia) *appellatur.* Paull. Diac. Langob. 2 15. *H.*

ib. v. 7. Rodogaisum extra Italiam ad Istrum a Stilichone deletum esse, omnium unus Zosimus tradit, quem ut cum reliquis scriptoribus in concordiam redigat, ita Leunclavius emendat, ut pro Ἴστρον scribat Ἄρνον, Italiae fluvium. Tillemontius (t. 5 p. 807 not. 21) monet, euntibus a Ticino Florentiam, ad quam hostis superatus est, Arnum transeundum non fuisse. dubites an Ἠριδανός, *Padus*, scribendus sit, qui a Ticino adversus hostem procedenti traiiciendus erat; eum Ataulphus quoque descensurus in Italiam traiecit.

ib. v. 8. διέφθειρεν. *iusto proelio.* Orosius miraculum augens, in montibus Faesulanis barbaros periisse fame scribit.

ib. v. 10. *cum duodecim milibus optimatum,* Olympiodorus. testibus Augustino et Orosio, ingens barbarorum multitudo capta et maxima ex parte vili pretio vendita est; Rodogaisus ipse comprehensus inter captivos affectus supplicio est.

ib. v. 14. de *Ravennae* origine locus hic non fugit sagacissimum indagatorem, Cluver. Ital. ant. qui videndus p. 301 sqq. Asinius *Quadratus,* auctor historiae χιλιετηρίδος, ab u. c. ad annum millesimum deductae. *H.*

ib. v. 15. vid. diss. de Zosimo, et Photius p. 180, Fabricius t. 6 p. 237.

ib. v. 18. est *Asinius Quadratus,* historicus Romanus. vid. praeter Vossium Casaubonus ad Capitolini Verum c. 7. *Cellar.*

p. 285 v. 15. cf. Olympiodorus.

p. 286 v. 11. Italiae extremam urbem *Emonam* faciunt Herodianus 8 1, Capitolinus in Maximin. c. 21, unde a Valesio (in Ammian. 28 10) notatur Zosimus, quod inter Pannoniam et Noricum ponat. at Casaubonus in d. l. Capitolini, *Emona,* inquit, *Pannoniae superioris urbs, in finibus eius sita, qua in Noricum ibatur et Italiam. Cellar.* Emonae data lex 2 c. Th. de auro coron. ubi consule not. e. *Ritter.* locus de *Emona* (nunc Labacum Carniolae esse putatur) notabilis est, non tam iudicio Zosimi, cum fabulam poetae apponit, quam propter *Pisandri* poetae deperditi mentionem factam; qui meo quidem qualicunque iudicio *Larandensis* est (v. ad Virg. t. 2 p. 231, t. 4 p. 235), at Valkenar. Diatr. p. 24, adstipulante Ruhnkenio, *eundem* cum *Rhodio* habet, cuius *Heraclea* nobile fuit epos. huius tamen non

nisi duo libri memorantur, alterius usque ad 26. iam si alteruter *universas historias, quae mediis omnibus saeculis usque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt, in unam seriem coactas redegisse et unum corpus effecisse* dicitur; si porro alteruter *ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν* nomine inscripsit opus, *πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἱστορίαν περιλαβών*, quo *reditus Argonautarum*, res ab Herculis fabulis prorsus seiuncta erat expositus, ut h. l. ex Zosimo discimus, iudicent alii de utro noster Zosimus sit accipiendus. de fabula ipsa cf. alia loca ap. Cluver. Ital. ant. 1 c. 21. *H.*

p. 286 v. 21. ex Olympiodoro desumpta huius transvectionis historia videtur tam a Zosimo quam ab Sozomeno 1 6. eiusdem rei etiam apud Plinium 3 18 mentio iniecta.

p. 287 v. 1. vid. Suidas v. *Πίσανδρος*, ibi Küster. Macrobius Sat. 5 2. Heyne ad Virgil. Aen. 2 exc. p. 232 seqq. t. 4 p. 285.

ib. v. 7. cf. Orosius 7 38, qui aeque ac Philostorgius 12 2 Stilichonem proditionis arguit; Sozomenus 8 25 et 9 4, Socrates 7 10.

p. 288 v. 10. *Centenarios* 40 Olympiodor. p. 146 ed. Venet. cf. l. 2 c. Th. si quis pecunias conflav. *Ritter.*

ib. v. 12. hic idem videtur cui inscribitur l. 11 c. Iustin. de vectigal. publ. vid. not. b ad l. 2 c. Th. de his quae ex publ. alius Lampadius enim ille cui dicta lex inscribitur, quae ad Orientem pertinet. *Ritter.*

ib. v. 14. verba probabile fit ab auctore Graece fuisse scripta, ut et inf. c. 38 et 6 11. sic c. 41 *Οὐιρτούτεμ* scriptum. digna vero oratio Curio aliquo vel Fabricio: *non est ista pax, sed pactio servitutis. H.*

p. 290 v. 6. de *Constantino* repete animo sup. 5 27. multis de eo Tillemont. in Honorio art. 26 sq. idem est *τύραννος* c. 32. *H.*

p. 291 v. 18. de Stilichonis exitio cf. Sozomenus 9 4, Orosius 7 38, Philostorgius 11 3 et 12 2, qui in plerisque consentiunt. culpam a Stilichone amovet et nullius nefarie facti eum sibi fuisse conscium Olympiodorus tradit, testis omnium maxime idoneus. Sozomenus regni orientalis in filii gratiam affectati suspicionem fuisse scribit. alia in eum crimina congerunt leges cod. Th. (l. 1 lib. 7 tit. 16, l. 22 lib. 9 tit. 13), quae Stilichonem *praedonem publicum* vocant, et qui *ad ditandam inquietandamque barbariem* thesauris usus sit. quae quidem criminationes cum inimicos ipsius auctores habeant, non magis fide dignae sunt quam quae Philostorgius et Orosius, aut fama Stilichoni iniqua in errorem inducti, aut partim studio eorum qui eum dignitatibus deiecerant, partim odio eius ob religionis dissidia permoti, ei crimini dant, quod barbaros, a quorum iniuriis eum semper Italiam protexisse constat, cupiditate regni ad se pretio

pellexerit (cf. Gibbon t. 3 p. 185) et Vandalos Alanos et Suevos ad incursandam Galliam instigaverit. quod crimen si vere ad Stilichonem pertinuisset, barbari haud dubie ad consilia eius fraudulenta adiuvanda incursationes suas praedationesque accommodassent; quorum tamen nihil factum videmus. effusi isti barbari sunt in Romanorum provincias non eodem quo mortuus Arcadius est anno, et quo primum Stilichonem regno imminuisse tradunt, sed biennio ante quam Arcadii mors res Orientis invadendi opportunitatem dederat.

p. 291 v. 20. Olympio, quem Olympiodorus *ἀνοσιουργὸν* vocat, Stilicho auctor fortunae honorumque exstiterat.

p. 292 v. 16. vid. Prosopogr. c. Th. *Ritter.*

p. 293 v. 8. secundum Sozomenum et Orosium trucidati sunt ii qui rerum novarum, quas moliri Stilicho credebatur, conscii dicebantur.

ib. v. 12. antiquius et nomen hoc et officium quaestorum videtur, si ad Suetonii verba attendimus, Aug. 65, Neron. 15, Tit. 6. *Cellar.* quaestor, qui principum vice orationes in senatu recitare solebat, a Symmacho 1 ep. 17 *precum arbiter* et *legum conditor* appellatur; vid. Iuretus ad Symm. l. c. *Ritterus* hic laudat *Alemannum* ad Procopii Anecdota.

ib. v. 17. vid. l. 10 de censitor. *Ritter.* add. Prosopogr.

p. 294 v. 13. h. reputavit apud se *quanta esset multitudo* militum, nimis magna quam ut castigari posset. *H.*

ib. v. 22. postquam barbari audierant Romanas copias in *Stilichonem* seditionem movisse, cum Stilicho eos adversus illas ducere recusaret, ipsi alienantur ab eo. *Sarus* vero etiam in eius interitum imminet: Hunnis, quibus Stilicho fidissimis utebatur, necatis, et impedimentis direptis, Stilichonem armis aggredi parat; at ille fuga elabitur. hic est rerum ordo. *H.*

p. 295 v. 22. Heracliani manu occisus est Eucherius; vid. Zosim. p. 300 extr. et Olympiodorus. in nonnullis hic discedit Philostorgius 12 2, ad quem vid. Comm. Godofred.

p. 296 v. 10. ceterum in *Stilichone* exemplum habemus quam parum tuta res sit nominis immortalitas: fieri enim potest ut obscurissimorum hominum artibus et calumniis iniquissima fama homines magni ingenii et virtutis, maximis rebus gestis, post fata quoque opprimat. poetae adulatoris, scriptorum propter sacrorum diversitatem odiis, et nequissimi hominis Olympii calumniatione factum, ut hominis, cuius similem illa aetas non vidit, fama omni foeditate deturpata sit. *H.*

ib. notariorum tria erant genera. primi et praecipui sunt *tribuni* et *notarii principis*, de quibus Zosimus infra p. 304 sq. *Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος.* hi et *tribuni notariorum* dicuntur, ut h. l. et in Chron. Marcell. Patricio et Hypatro coss. secundi sunt *tri-*

buni et notarii praetoriani, de quibus l. 13 et 14 cod. de palatinis S. L. tertii *domestici* et *notarii*, ut est in l. 2 et 3 c. Th. de primicer. et notar. *Valesius.*

p. 296 v. 15. vid. l. 42 c. Th. de haeret. *Ritter.*

ib. v. 17. τοῦ μαγίστρου, scil. τῶν ὀφφικίων. sic Olympiodorus. cf. Philostorg. 12 1: μάγιστρος τῶν ὀφφικίων γέγονεν. Zosim. 2 25.

p. 297 v. 5. vid. l. ult. cod. Th. de abolit. in fin. Comm. *Ritter.*

ib. v. 15. exstant in cod. Theod. (t. 4 p. 347 seqq.) leges, quibus Stilichonis Eucherii et satellitum eius bona fisci facta sunt.

p. 298 v. 9. Olympiodorus auctor est Alarichum partim caede Stilichonis partim violato a Romanis foedere commotum urbem Romam obsedisse. cf. Sozomen. 9 6.

ib. v. 11. vid. l. 3 cod. Th. de aquar. collat. et Frigeridum apud Gregor. Turonensem lib. 2 c. 8. add. l. 1 c. Th. de terris limit. et ibi Godofred. *Ritter.* de *Iovio* P. P. (cf. inf. c. 47) et de *Gaudentio*, Comite, mox Vicario Africae cf. Prosopogr. cod. Theod. add. Tillemont. (art. 34 et *Notes sur Honoré* n. 12). *H.*

ib. v. 21. apud Olympiodorum Sarus audit ἡρωϊκὸς καὶ ἀνταγώνιστος ἐν μάχαις.

p. 299 v. 3. τῶν Ὀλυμπίου — εὐχῶν, erat enim homo simulatae pietatis, qui dolo et scelere clam grassando precibus numen demereretur. cf. sup. c. 32. add. Tillemont. in Honorio art. 31. *H.*

ib. v. 11 seqq. soli fere Zosimo debemus ea quae ab Alaricho ante Romam obsessam gesta traduntur. de obsidione urbis Sozomenus 9 6 pauca scripsit.

ib. v. 15. Olympiodorus: Ἀδάουλφος ὁ τῆς γυναικὸς ἀδελφός. Sozom. 9 8. Philostorg. 12 4.

ib. v. 23. Οἰκουβαρίαν, castellum in Bononiensi agro: cuius nulla alia memoria exstat, ne quidem apud Cluver. Ital. ant. *H.*

p. 300 v. 3. vid. l. 7 c. Th. de indulg. deb. *Ritter.*

ib. v. 8. Tharsacii meminit l. 6 c. Th. de patrocin. vicor. *Ritter.*

p. 300 v. 18. iam antea Romam confugerat Eucherius et in asylo salutem sibi quaesiverat (c. 34), ubi cum detectus esset ab iis qui ad pervestigandum eum ab imperatore erant missi, a vi tutus mansit (c. 35). quo igitur modo nunc ad hanc urbem ab Arsacio et Terentio Eucherius ductus potest dici? necesse scilicet est alio subsequente imperatoris iussu venisse, qui abstractum eum accirent ad imperatorem; unde illi aut iam condemnatum reum reduxerunt Romam, aut ubi periculum ab ho-

stibus imminens animadverterunt, ne cum Eucherio interciperentur, mutata via Romam repetierunt; quod si ita esset, pro *εἰσήγαγον* scripserim *ἀνήγαγον*. teste Philostorgio, Eucherius, cui a barbaris Romam pergentibus ad asylum in urbe aufugiendi copia facta erat, imperatoris iussu inde abstractus est; quae quidem narratio etsi minus videatur similis vero, in eo tamen cum Zosimo conspirat, quod Eucherius Romae fuit et inde abreptus est. *R.* cogitandum est, Eucherium extra urbem in loco aliquo munito custodiae datum, sub hoc ipsum tempus per eadem loca, per quae Alarichus incedebat, in urbem adductum fuisse, ut capite plecteretur. *H.*

p. 300 v. 20. vid. l. 18 c. Th. de bon. proscript. *Ritter.*

p. 301 v. 1. vide Olympiodorum init. et Procopium de bello Vandal. 1 2. *Ritter.*

ib. v. 3. *Σερήναν.* cf. Olympiodor.

ib. v. 11. *Εὐγενίου.* vid. l. 19 de pagan. in Comm. Gothofred. *Ritter.*

ib. v. 14. ex hoc loco Lipsius Vest. c. 14 probat, Vestales virgines, saepe ante concussas sub Valentiniano, Theodosio, tamen animam traxisse ad ultimum Theodosii senioris aevum, tum vero exstinctas prorsus esse. *Cellar.*

p. 302 v. 5. locus elegans ad illustrationem eorum quae de servo poenae dicuntur. *Ritter.*

ib. v. 7. suffocatam Serenam esse Olympiodori testimonio confirmatur.

ib. v. 10. *χρυσίῳ.* vid. Lipsius de Magn. Rom. 3 5 extr. *Cellar.*

p. 303 v. 5. ex l. 6 c. Th. de sepulcr. viol. debebant sepeliri extra urbem cadavera. *Ritter.*

ib. v. 15. Olympiodorus inquit: *ἀλληλοφαγία τῶν ἐνοικούντων ἐγίνετο*, et Hieronymus (t. 1 p. 121) homines fame eo impulsos esse ut a carne humana vescenda non abstinerent; quam ob causam *ἐκινδύνευσαν* non interpretandum videtur *periculum eius rei fuisse*, sed *vere eo redactos esse* ut cibo illo abominabili uterentur.

ib. v. 22. *Βασιλείου.* forte hic est cui inscribitur lex 4 c. Th. de immun. concess. *Ritter.*

p. 304 v. 1. *Ἰωάννης.* vid. l. 2 de Primicer. et notar. adde loca alia ex Comm. *Ritter.*

ib. v. 4. videntur Romani nuntiatum accepisse, Alarichum ab obsidenda urbe discessisse, cura obsidionis mandata alii homini ex Stilichonis partibus, qui ipsi obsidendae urbis auctor fuerat. nam sunt verba *εἰ αὐτὸς Ἀλάριχος ἔτι πάρεστι.* Alari-

chum copias adversus Romam duxisse non ignorabant, sed an adhuc (ἔτι) in castris versaretur, dubitabant. *H.*

p. 305 v. 4. vid. hic leg. 12 c. Th. de Mathem. in Comm. adde not. b leg. 1 de pagan. *Ritter.*

ib. v. 6. *Νεβηΐαν.* Sozomenus 9 6 *Λαρνίαν* vocat. Io. Langius (ad Nicephorum 35 13) mavult in Sozomeno *Ναρνίαν,* Ortelio in Thes. Geogr. approbante.

ib. v. 10. *ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν,* h. e. quandoquidem Pompeianus Christianus erat. *H.*

ib. v. 12. *Ἰννοκέντιος.* vid. Comm. ad l. 17 c. Th. de Iudaeis. *Ritter.* cf. inf. c. 45. *H.*

ib. v. 14. Sozomen. l. c. de Pompeiano: *τοῖς ἑλληνίζουσι τῆς συγκλήτου θύειν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ναοῖς.*

p. 306 v. 1. observatu dignae sunt res, quas Alarichus sibi stipulatus est tanquam maxime exoptabiles, *vestes sericas* 4000, *coria coccineo colore tincta* 3000, *piperis librarum* 3000. etiam *proportio auri ad argentum* memorabilis, 5000 librae auri et 30000 argenti. potest tandem hinc de opibus et divitiis urbis iudicium fieri: quodsi barbari monetam ex his metallis procuderunt, quanta inter eos succedere debuit rerum conversio! nam confici hinc poterat ex auro quidem summa 225000 aureorum (duo aurei fere aureum Ludovicium nostrum aequant), ex argento vero 300000 denarii (circa 50000 thaleror.). *H.*

ib. v. 6. *Palladius* P. P. a. 410. v. Prosopogr. cod. Theod. et Tillemont. l. c. nota 31 p. 813. *H.*

ib. v. 18. *ἀπεκόσμησαν.* vid. l. 19 de pagan. *Ritter.*

p. 307 v. 10. cf. Sozomen. l. c. Hieronym. ep. 2 16.

p. 308 v. 5. de Constantini legatione ad Honorium cf. Olympiodor. *Ritterus* adire iubet Comm. ad l. ult. c. Th. de malefic. et mathem., et de numero legatorum diverso, quae sunt observata a Gothofredo ad l. 3 de legat.

ib. v. 22. cf. Sozomen. 9 7. inimici quoque Alarichi, quo minus pax iniretur, impedimento fuerunt.

p. 309 v. 3. de Theodoro vid. Prosopogr. c. Th. *Ritter.*

ib. vid. hic l. 22 cod. Th. de bonor. proscr. *Ritter.*

ib. v. 14. *καθέδρα* h. l. de stativis, quae notio proxime accedit ad illam Thucydideam, ut sit, mora. v. Duk. ad 2 19. *H.*

p. 310 v. 6. vid. hic lex 22 c. Th. de bonor. proscript. Comm. *Ritter.* non dubito *δεδημευμένων* esse legendum, quod postulat sup. c. 35. sed alterum *διὰ τὴν Στελίχωνος οὐσίαν,* ubi ultima vox ex superiore versu *οὐσίας* nata est, vix expedias, cum plura substitui possint; proximum foret *συνουσίαν.* nam

familiaritas, studium, affectatio Stilichonis illud est de quo agitur. *H.*

p. 310 v. 20. τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου. Innocentii 1. cf. Sozomen. 9 7 et sup. 41. *H.*

p. 311 v. 13. cf. Olympiodor. *Ritterus* addit l. 42 c. Th. de haeret. Olympius, recuperata imperatoris gratia, cum iterum pristinos adeptus esset honores, secundum eis mox exutus et a Constantio interfectus est. Olympiodor.

p. 312 v. 6. magistratibus palatinis exclusi erant ii qui gentilium sacris adhuc adhaererent: l. 21 cod. Th. de pagan. sacrif. et templ. *qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est gentiles, nec ad militiam admittantur.* cf. l. 42 c. Th. de haeret.

ib. v. 19. cf. l. 51 cod. Theod. de haeret. ibi Comm.

p. 313 v. 13. ad Hellebichum comitem et magistrum utriusque militiae est l. 1 c. Th. de calumniator. Merobaude 2 et Saturnino coss. i. e. anno Chr. 380, unde huius partem fuisse vero simile est. *Reinesius.*

p. 314 v. 5. ad hunc Valentem comitem domesticorum et Olympium magistrum officiorum est lex 42 cod. Th. de haeret. impp. Honor. et Theod. coss. Basso et Philippo. *Reinesius.* ab hoc Valente diversus fuisse videtur is qui ex Dalmatia copias duxerat. cf. Olymp.

ib. v. 21. stratagema politicum, quo usi sunt Augusti huius aevi ad deliniendos barbaros, qua de re monui in praef. ad t. 2 c. Th. *Ritter.*

p. 315 v. 5. χρυσίου. vide supra lib. 4 c. 10 et formulam p. p. ap. Cassiodorum. *Ritter.*

ib. v. 8. de legatione Iovii ad Alarichum cf. Sozomen. 9 7.

ib. v. 16. βουλόμενος δὲ τῆς μέμψεως — scilicet, veritus ne imperator aut suspicaretur ipsum studere Alaricho, aut rescisceret eius imprudentiam. *H.*

ib. v. 19. vid. de ritu iurisiurandi quae post Bignonium ad Marculfi form. collegit etiam Aierus de iurament. et Gothofred. locum hunc citat t. 1 p. 155 c. Th. *Ritter.* cf. *Massieu* de iuramentis veterum in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* t. 1 p. 208.

p. 317 v. 3. flagitiosissimis his temporibus nihil tamen flagitiosius dictum factumve arbitror quam hoc, iusiurandum *per imperatoris caput* factum sanctius et religiosius habitum iureiurando *per numen* facto. recteque adeo Zosimus subiicit adeo perversam eorum qui tum rempublicam administrabant mentem, destitutosque eos fuisse numinis cura et respectu. *H.*

ib. v. 7 — p. 322 v. 15. de Constantino tyranno cf. Sozomenus 9 11 et 12, Orosius 7 40.

p. 317 v. 10. cf. Olympiodor.

ib. *Iovius* hic ignotus, qualis fuerit. v. Tillemont. in Honorio art. 38. *H.*

p. 318 v. 7. coss. Honorius 7, Theodosius 2, anno 407.

ib. v. 9. Marci nulla mentione facta, Gratianum primo loco Orosius nominat.

ib. v. 17. situm huius urbis rectius Olympiodorus indicat: *παραθαλασσίαν οὖσαν καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλατῶν ὅροις κειμένην* (qua re ex eo Zosimus emendandus est, substituto *Γαλατίας* pro *Γερμανίας*)· *ἔνθα διατρίψας καὶ ὅλον τὸν Γάλλον καὶ Ἀκυτανὸν στρατιώτην διαποιησάμενος, κρατεῖ πάντων μερῶν τῆς Γαλλίας μέχρι τῶν Ἄλπεων τῶν μεταξὺ Ἰταλίας καὶ Γαλλίας.* cf. Sozomen. *R.* si Germania inferior Galliam Belgicam complexa est, quidni Bononia ad eam spectare debuit? *Γαλατίας* autem locum non habet, quia nulla Gallia superior vel inferior habetur. — mox p. 319 4 *πολιορκίαν κατέστησε*, scil. Constantinum. ita fere loquuntur scriptores, ut Dio, Plutarch. al. vertitur: *hanc ipsam obsidere instituit,* ac si esset, *κατέστη.* Constantini res diligenter persequutus est Tillemont. t. 5. *H.*

p. 319 v. 15. Bacaudae, manus agrestium et latronum in Galliis, postquam magistratuum Romanorum iniuriis incitati in libertatem se vindicaverant, Romanis diu fuerunt infesti. Eutrop. 9 13. *R.* de *Bagaudis* v. interpp. ad Mamertin. paneg. Maximiani 4 3 et ad Eutrop. 9 13. *H.*

ib. v. 20. Alpes Cottiae provincia Italiae erant sub praef. pr. Italiae; Alpes Maritimae Penninae et Graiae ad Galliarum provincias pertinebant.

ib. v. 23. coss. Arcadius 6, Probus a. 406. cf. Orosius 7 40, Frigeridus apud Gregor. Tur. 2 9. simile veri est barbaros eos, ubi Rodogaisi in exscensione in Italiam socii fuissent, re male gesta reversos per fines Romanos in Galliam irrupisse. cf. Gibbon. t. 3 p. 169 not. 86.

p. 320 v. 14. *ῥαθυμηθεῖσαν.* id si de plerisque imperatoribus dictum sit, a vero non aberit, etsi fuit unus et alter a quo cura finium non omnino fuit omissa. et ipse Zosimus 4 3 Valentinianum ob munitos praesidio fines Rhenanos laudat.

ib. v. 16. *τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα.* cf. Olympiodor. Orosius 7 40, Sozomenus 9 11. Iulianus, eius frater, Nobilissimi dignitate ornabatur. Olympiodor.

p. 321 v. 5. de hoc bello vid. Sozomenus 9 12, Orosius 7 40, penes quem ut aequalem et Hispanum maior in his rebus auctoritas est. is cognatis Theodosii primum servos et rusticos, postremo copias Lusitaniae opem in bello tulisse narrat. cf. Olympiodorus.

p. 321 v. 20. cf. Sozomenus.

p. 322 v. 1. cf. Frigeridus ap. Gregor. Tur. 2 9.

ib. v. 2. cf. Sozomenus 9 13; cf. Sidonius 5 ep. 9, Orosius 7 42.

ib. cf. Olympiodor. ipse cum militibus et barbaris adversus Constantinum profectus est. Sozom. Frigerid.

ib. v. 4. barbarorum viribus impar Constans ex Hispaniae finibus eiectus est.

ib. v. 6. transrhenanis istis barbaris nomina sunt Vandalis, Alanis, Suevis c. 3. cf. Sozom. l. c.

ib. v. 7. metus a barbaris iniectus, ne mari traiecto Britanniam peterent ac vastarent, fidem mutare et deficere Britannos a Romanis coëgit (c. 3). barbaros, qui aditu montium Pyrenaeorum negligenter custodito impressionem in Italiam fecerant (Sozomen. 9 12, Frigerid. 2 2, Orosius 7 40), adiunxit sibi Gerontius, cum tyranno infensus Constantem ibi bello fatigaret. Olympiodor.

ib. v. 9. ab hoc inde tempore barbari populi Britannias, Gallias et Hispanias imperio Romano avulsas occuparunt. *H.*

ib. v. 22 — p. 328 v. 7. de Roma per Alarichum obsessa et Attalo vid. Sozomenus 7 8, Orosius 7 42, Philostorgius 12 3.

p. 323 v. 8. de hoc Attalo vide multa ap. Godofr. ad leg. 11 c. Th. de indulg. crim. et Pagium in Crit. Baron. ad a. 410. *Ritter.*

ib. v. 17. eandem arrogantiam Attali et vanitatem pro viribus maiora pollicendi observavit Sozomenus 9 8 et 9: *τὰ πάτρια τῇ συγκλήτῳ φυλάξειν καὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ πᾶσαν τὴν πρὸς ἕω ἀρχομένην ὑπήκοον Ἰταλοῖς ποιῆσαι.*

ib. v. 24. gentem nobilissimam sacris Romanis deditam et nunc imperio in gentilem hominem delato maerentem. Ammianus 16 9: *quorum ad avorum aemulationem posteritas tendens satiari nunquam potuit cum possessione multo maiore.* cf. Cassiodor. 10 ep. 11, Tillemont. t. 5 p. 43, Gibbon. t. 3 p. 197. *Ritterus* lectores amandat ad Alemannum ad Procop. Anecdota.

p. 324 v. 3. cf. Sozom. 9 8.

ib. v. 5. *Heraclianus* comes Africae inde ab a. 408, consul renuntiatus a. 413, sed ab Honorio defectionem moliens eodem anno. v. de eo Tillemont. in Honorio art. 50. *H.*

ib. v. 11. de expeditione Alarichi adversus Honorium cf. Olympiodorus et Sozomenus 9 8.

ib. v. 17. legationis ac proditionis Iovii, a Zosimo turbata, sic se habebat ratio. Iovius ab imperatore ante ad Alarichum tentandae pacis causa missus, et condicionibus repudiatis redire

haud consultum esse ratus, apud hostem manserat, cum ab Attalo nunc pacis interpres ad Honorium venisset, iis quae ad eum mandata habebat, in quibus hoc erat, imperatori in insula exuli vitam incolumem fore, id quoque de suo adiecit, postulari ut corpus mutiletur. legati cum Iovio venerant Valens, *στρατηγὸς ἑκατέρας δυνάμεως*, Potamius quaestor, et Iulianus, primicerius notariorum. Iovii, qui Attali patricius vocatur, dignitatem et officium iussu Honorii nactus Eusebius, praepositus in conspectu imperatoris ab Allobicho trucidatus est. Olympiodorus. cf. Sozom. 9 8. *R.* hic nonnulla excidisse suspicor. discas hoc quoque, si compares c. 9 pr. ubi Iovium legatione ad Honorium missum ait, *ὡς διεξῆλθον ἤδη*. atqui h. l. legatos ab Honorio ad Attalum missos commemorat, quibus Iovius, qui tum Attali praefectus praet. erat, respondit. necesse adeo est Iovium vicissim mox legatum ad Honorium missum esse. in hac legatione iterum admittit in animum proditionem Attali, tentatus ab Honorio, *Ὀνωρίου διά τινων αὐτὸν ὑπελθόντος*, c. 9, moxque palam ad eius partes transit. *H.*

p. 325 v. 5. emendationi Leunclavii legentis *χιλιάδων* fidem praebet et ratio ipsa, quoniam *μυριάδες* omnem modum excederent, et testimonium Sozomeni 9 8, qui quattuor milia eorum fuisse militum scribit, scilicet *ἓξ ἀριθμούς*, quos Zosimus *ἓξ τάγματα* appellat.

ib. v. 13. cf. Sozom. 9 8.

p. 326 v. 1. *Constans* est is qui c. 7 in Africam missus fuerat, *καὶ δι' ἑτέρων τὸ πρακτέον μηνύσαντος*. male accepit interpres: *cum Attalus per alios indicasset, quid esset agendum.* immo vero Attalus *declaravit, per alios quam per barbaros*, h. e. Gothos, rem in Africa esse gerendam. *H.*

ib. v. 8. depulsus est Alarichus ab urbis Ravennae obsidione, quemadmodum tradit Philostorgius 12 3.

ib. v. 15. *Valens*, de quo sup. c. 7 et iam ante, 5 45 *ταῖς Αἰμιλίαις πόλεσιν*. s. *Αἰμιλίας*, quae cum regione Flaminia veterem Galliam togatam constituit. v. ad Notit. Imp. Occ. c. 58. praeerant iis duo Consulares. *Λίγγυας* pro *Λίγυας* etiam alii dixere *Ligures*. v. ad Virgil. Aen. 7 p. 102 t. 3. *H.*

ib. v. 21. aliena est Britannia ab hoc loco; nec intelligas quid imperatori ad bellum Italiae Britanni longinqui utilitatis afferre, aut quo unquam modo is urbes provinciae, Romanae dicioni iam subductae suique iuris factae, cohortari potuerit. expugnante Alaricho superioris Italiae urbes, curae esse Honorio debebat ut inferioris partis civitates et cohortando pretioque sibi conciliando in fide confirmaret. itaque ad Italiae urbes ea res spectat, nec paenitet nos emendasse *Βρεττιανῇ*, praeeunte Godo-

fredo (Comm. ad l. 1 c. Th. de indulg. debit. t. 4 p. 212), qui, quamvis minor sit literarum cum *Βρεττανία* similitudo, scribere *Βρετίᾳ* praecipit; *Βρεττίαν* Graeci appellant, qui antiquis *Bruttii* erant. Olympiodori verbis idem irrepserat vitium quod in Zosimo est, et ab editore iam in margine notatum t. 1 p. 145 m. Scriptt. Byz.

p. 327 v. 4. vid. l. 34 de navicular. *Ritter*.

ib. v. 6. contra hos est etiam Athalarici edictum apud Cassiodorum. *Ritter*.

ib. v. 10. Sozomenus 9 8: *ὑπονοηθῆναι δέ τινας καὶ ἀνθρωπίνων ἀπογεύεσθαι κρεῶν*.

ib. v. 19. Alarichi consilium, ut quingenti barbari in Africam ad Heraclianum opprimendum recuperandamque provinciam deportarentur, aspernati sunt et Attalus et senatus, barbarorum fidei haud credendam eam esse censentes.

ib. v. 20. Olympiodorus: *μὴ πειθόμενος Ἄτταλος Ἀλαρίχῳ, σπουδῇ μάλιστα Ἰωβίου, ὃς ἦν τὴν Ὀνωρίου πρεσβείαν προδεδωκώς, καθαιρεῖται τῆς βασιλείας*.

ib. v. 22. *πρὸ τῆς Ἀριμίνου*. Philostorgius (12 3) Portu (apud Romam); cf. Sozomenus. discrepant auctores de causis, quibus commotus Alarichus dignitate et imperio adempto Attalum ad privatam condicionem descendere iusserit. cum Zosimo conspirat Sozomenus 9 9.

p. 328 v. 4. cf. Olympiodorus. Placidia Romae per Alarichum capta est.

ib. v. 9. *βασιλέα*. cf. Olympiodor.

ib. de *Apollinari*, Sidonii Apollinaris avo, cf. Tillemont. Honor. art. 27. substitutus ipsi praef. praet. Decimius Rusticus. cum copiae superioribus annis in Hispanias missae aegre ferrent alios barbaros sibi submitti, *Gerontius* earum opera usus novas res molitus Maximum filium Caesarem renuntiat a. 409. exciderunt haec cum reliquis a Zosimo sub finem huius libri expositis. *H*.

ib. v. 14. Olympiodorus: *πλήθους ὀλίγου ἐπάρχοντα*. habuit ad ducentos aut trecentos barbaros, ut mox Zosimus *τριακοσίους*, item Sozomenus 10 9.

ib. vid. l. 7 cod. Th. de indulg. debit. *Ritter*.

ib. v. 15. Sozomenus l. c. paulo aliter: *ὕποπτος ὢν Ἀλαρίχῳ διὰ προτέραν ἔχθραν*. eodem teste Sarus, posthabito foedere et societatis iure, quod Gothis adversus Romanos intercedebat, quosdam barbarorum interfecerat. ob hanc caedem iratus Alarichus, et secundum Olympiodorum exasperatus quod Sa-

rus, qui ad Honorium confugerat, ab eo in fidem receptus erat, Romam tertio ire pergit, eodem a. 410, urbemque vi expugnatam militibus per triduum diripiendam tradit. Oros. 7 39. v. Chronolog. cod. Theod. ad a. 411.

p. 328 v. 20. de reliquis ex Photio statui potest, quo loco Zosimi ultima persequitur: Alaricho versus Ravennam profecto, ut cum Honorio in amicitiam rediret: *ἀλλὰ Σάρος Γότθος καὶ αὐτός, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τε ὑπ' αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων, καὶ προστεθεὶς Ὀνωρίῳ καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος, ἐμποδὼν ἔστη.* *H.*

INDEX GRAMMATICUS.

INDEX HISTORICUS.

LIPSIAE,

EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.